paria factā n̄ fuiſſe uel inutiliter factaȝ fuiſſe.ff.qui ſa
tiſda.cog.l.quotiens de ꝯ̄ſta.l.n̄ putauit.§.nō q̄uis
ꝙ cuiuſqȝ uni.no.l.i.§.quib⁹.relatō tn̄ citatōis uꝛ̄ n̄
uiciari q2 facta fuit die feſtiua ar.eius qd̄ nō.Bar.in
l.teopōp.an̄ fi.ff.de do.p̄le.Nec uꝛ̄ uiciari citatio ex
eo ꝙ ptās ꝑuſin⁹ ex ſuo officio nullo petēte q2 hēret
mandatum ab appellante ꝯmiſit citatōem fieri ad lit
teras iudicis requirentis.cum in hoc eſſet mer⁹ execu
tor ſed ſufficit ꝙ iudex cui ꝯmiſſa fuit appellatio ad i
ſtātiā ⁊ requiſitōeȝ appellantis ſcripſerit ptāti Peru
ſij ar.eorum que nō.i.l.i.C.qui admit.ad bo.poſ.
po.in gl.ij.ante fi.ibi uel hic ⁊c̄.⁊.ff.de mino.i.l.iij.
§.ſed utrum in glo.que incipit hoc olim v̄ſi.uel dic
uerius ⁊c̄.Laus Deo.

In chriſti nomine amen.

¶In dubio prefati excellentiſſimi doc.recollenō me
morie ſatis bene referunt qui i lecturis ſuis ſcripſerūt
ſuper dicto dubio ⁊ maxime Bar.in.l.cum ꝓcurator
in.§.ſi dominus.ff.de op.no.nū.ubi lȝ diuerſis tp̄i
bus iterponātur due appellationes ⁊ ambe tn̄.ſ.tp̄a
appellandi una tn̄ ē appellatio cū ſ'a facta ē ſub ꝯme
moratione facte prius ꝑ illa uerba ſaluo ſibi iure ap
pellandi in ſcriptis ⁊c̄.ꝓut fuit iſta ſ'a appellatio.pro
hoc.l.unum.ff.de teſta.geminatio āt appellationū
ſuꝑ eodem facto n̄ uꝛ̄ inducere pluralitatem appella
tionuȝ nec ꝑ ſ'am tertiam ſiue quartam tollūtur effe
ctus:quos prima dicta appellatō ſecum traxit:ſicut ē
extrinxiſſe uel ſuſpendiſſe ꝓnūciatum.l.i.in fi.ad tur
pilli.⁊.l.furti de his qui non ſa.uel effectum tituli nil
no.ap.pen.ff.nil no.ap.pē.⁊.c.ueniēs ⁊ qd̄ ibi nō.
de iureiu.uel effectum curſus fatalium ad ꝓſequēdū
appellationem.Et ſic de appellatione ⁊ hoc qd̄ nō.i
c.dilecto de ap.in nouella in ultima gl.⁊ ſic ē in ſnīa
⁊ alijs diſpōnibus ut iteratio ſit ſuꝑuacuā ⁊ nulla ſi
ex ea n̄ auget̄ effectus.l.i.C.qn̄ ꝓuo.n̄ ē ne.l.ſtipl'a
tio.§.diuus ut le.no.caue.⁊.l.ſi creditori d̄ le.i.ille
ergo qui a ſnīa diffinitiua uel grauamine ſepius ap
pellat uꝛ̄ ſepius loqui n̄ ſepius appellare q2 prima ut
dixi traxit ſecum ſuum effectum ⁊ ſic intelligit̄.c.lora
rius.xxxi.q.i.⁊.c.bone d̄ ap.i uerbo plures.ſtatutū
ergo quo cauet̄ ꝙ debeat appellari.ſ.x.dies ⁊ appel
latio pn̄tari.ſ.octo dies iudici appellationis a die ap
pellatōis iterpoſite ꝯputādos ⁊c̄.dȝ intelligi de pn̄ta
tione prime appellationis que fuit ꝓpria ⁊ v̄a appel
latio quo ad oēs effectus ut dixi nō āt a die ſ'e uel ul
terioris lȝ enim interpoſite infra.x.dies q2 talis itera
tio eſt quedam inepta ⁊ ſuperflua uerborūȝ multipli
catio q̄ n̄ ſolet alterare ſubām uel ordinationeȝ legis
l.pediculis.§.labeo.de au.⁊ ar.le.⁊ ſic eſt ueriſimile
intellexiſſe ſtatutum dum dicit appellare ⁊ ſubdit quā
appellationem ⁊c̄.⁊ ſic loquitur de una appellatione
⁊ de prima ar.l.boues.§.hoc ſermone de v̄.ſig.⁊.c.
non pōt de preben.li.vi.Et ꝯfirmatur hoc q2 termi
nus octo dierum ad p̄ſentandum appellatōem ē p̄fi
xus a ſtatuto ⁊ ſtatim poſt appellationem iterpoſitā
incipit currere appellare ergo iterum ab eadem ſnīa
n̄ potuit iterrumpere curſum dictorum octo dierum
ad p̄ſentandum appellationem ⁊ dare ſibi nouūȝ q2
in.x.diebus decies appellando ſingulis dieb⁹ cēt i po
teſtate ſua extinguere curſum tp̄is iam inchoati ⁊ pl'i
es prin.ſibi dare i p̄iudicium aduerſarij cui ē ius que
ſitum ex prima appl'oue quo ad terminum ad proſe
quendum eam ergo eo inuito nō pōt ab eā recedere
c.ab eo.de elec.li.vi.⁊.l.ſi poſt mortem.§.fi.de ꝯ̄
ta.Cum.n.due ſint ꝓuiſiones ſuper eodem quaruȝ
unā per prius oꝑatur q̄ȝ altera qui potuit una uti ⁊
ē uſus ab uſu alterius ē excluſus.l.ſi funduȝ.§.ſi ab
impubere de le.i.legis nāqȝ ſiue ſtatuti ordinatio in
momēto oꝑatur effectum ſuum nec alia ꝓuiſio hoīs
pōt eā alterare ſiue mutare.un̄ dicit lex ꝙ n̄ ē ampli
us ꝓ h̄ede gerere quippe iam heredi.⁊c̄.de h̄di.in
ſti.l.ſi liber homo.§.titius ꝓ hoc ꝙ ſcribit̄ in.c.i.de
ꝯſti.li.vi.in fi.in illa.q.utrum ſi iudex ſtatuat alium
terminum q̄ȝ p̄fixum in illo.c.caueat̄ uideat̄ receſſuȝ
ab illa ꝓuiſione ⁊ tenet̄ ꝙ n̄ q2 p̄fixio iudicis reperit
iam eām deuolutam ꝑ illud.c.unde lex que ē pricipa
liter agens uelocius operat̄ q̄ȝ iudex eius miniſter
q̄cq̄d agit agit̄ i v̄tute.l.fac̄.l.poſt mortē d̄ le.i.ꝑ p̄di
cta dico ꝙ id ꝙ dic̄ Jo.an.i.d.c.cū hōc ꝙ ſiqs ſepi⁹
appellauit eſt utile quia non a prima lȝ a ſecūda inci
pit curſus tēporis ad ꝓſequendā appellationem.Nō
uidet̄ dictum probabile nam ꝯ̄ hoc faciunt ⁊ urgent
p̄dicte ratiōes nec uidet̄ ꝓteſtatio nec reſeruatio de
qua i dicta appellatōne aliquid oꝑari ꝯ̄ ſtatuti deuo
lutioneȝ ⁊ termini p̄fixionē q2 nō pōt ex utraqȝ pte
uti nȝ p̄ma ⁊ ſ'a ut probaui.ꝓteſtatio ergo ſiue reſer
uatio nihil ꝓdeſt.c.ut quis duas d̄ elec.libro vi.Ex
q° ēt pt̄ colligi deciſio ꝙ ſicut ibi elect⁹a diuerſ' hȝ ele
ctōeȝ q̄ȝ ex eis eligat.Jta uolēs appellare hȝ electōeȝ
an in ſcript̄ an i uoce.C.de ap.l.litigatorib⁹.Electa
ergo uia appellādi uiua uoce uꝛ̄ excluſus a uia appel
lādi in ſcriptis.l.qd̄ i h̄edem.§.eligē de tribu.⁊.l.i.
de fur.nec reſeruatio redeūdi ad aliam uiā aliq̄d ope
ratur.ut.d.c.ut quis duas.dominus tn̄ Bal.in.l.ap
pellatōe.C.de appel.lȝ ꝙ ad inducēdam deſertōeȝ

p lapsum anni ɔputet annus ex tpe fe applonis nõ
ex tpe prime. Sed opi. Bar. i. d. §. si dominus. uĩ p
babilior ꝛ eam sequor in. l. i. §. libelli. ff. de app. ut et
ibi scripsi postq̃ p primaz applonem snia est rescissa
ꝛ ea ad supiorem deuoluta ex ea debent fatalia hře
principia sua ꝛ ad illam dz haberi relatio quo ad de
sertõnem sicut quo ad tractum retro ꝛ alios effectus
de quibus supra dixi. Laus Deo.

xxvij

¶ Ab intlocutoria ĩfra q̃tum tẽpus possit appellari
ꝛ qñ ĩcipiat currere tẽpus appellãdi ab ea ꝛ de tripli
ci spẽ ĩterlocutoriaꝝ ꝛ qñ ĩpedito facto iudicis uel ptis
uel casu currat annus uel noceat lapsus ãni dati ad
appellandum.

¶ In christi nomine amen.

Uisa appellatione ĩterposita per magnificos uiros
Costantiũ Federicum ꝛ Io. thomã de. porris seu pro
curatorem ipsorum ɔtra grauamina eis illata per ui
carium domini archiepi meľani subdelegatum apo
stolicum ꝛ his que opponũtur ɔtra eum ꝛ responsio
nibus factis ad illa super eo qd̃ queritur an dicta ap
pellatio possit substentari ¶ Notandum ẽ ꝙ cum di
cti nobiles uel eorum procuratores principaliter con
querantur de dilatione non data ad probãdum cuz
inter primas fuerant impediti producere quosdaz te
stes. Et sic erat danda dilatio petita .ff. de fer. l. ora
tione ꝛ. l. fi. ꝛ ibi plene nõ. Et etiam ɔqueruntur de
non admissione articulorum continentium obiectio
nes con tra personas testiuz. Ista sine dubio sunt ta
lia grauamina a quibus saltim de iure canonico põt
appellari prout habetur expresse in Spe. d̃ appella.
§. in quibus uersi. porro. cum appellaẽ in iudicio ibi
generaliter ꝛ ubicunqz legitime exceptiones non ad
mittuntur de offi. dele. c. ex parte ꝛc̃. ibi dum dicit.
Et breuiter ubicunqz iudex dilationem denegat ꝛc̃.
Erant enim legitime exceptiones de inimicitia capi
tali. C. d̃ testi. l. siquis testibus ꝛ auc̃. si test. extra co:
ti. c. quoť. ij. q. i. in primis ¶ Nec ob. ad primuz si
uidẽtur isti petijsse quartam dilationẽ quã non potu
erunt petere sine solemnitate legali. C. de pba. auc̃.
qui semel ꝛ in corpore uñ sumiť cř d̃ testi. c. ultra ter
tiam ꝙ hic ñ pponiť factũ fuisse. Nam dico ꝙ lz ĩ pũ
cto dicať ꝙ fuerũt date dilatiões due cões tñ ista que
petebať ñ erat quarta sed tertia. ꝛ dicebať dari quia
ꝛ actori data fuerat tertia put colligo ex puncto. s. pri
mo. Text⁹ in ɔ̃rium allegati loquũtur de quarta pro
ductione testium que diceref si tres alie p̃cessert cũ
examinatione et infra eandem dilatõem ñ autem lo
quũtur de quarta dilatione. Nam si ñ p̃cesserint tres
pductiones cum examine posset peti ñ soluz quarta
sed quinta dilatio uel. vi. ex cã iusti impedimenti put
declarat Bar. in. d. auc̃. qui semel ¶ Item nõ ob. si
dicať ꝙ crimina ñ fuerũt specificata sed in genere op
positum fuit ꝙ erãt inimici piuri infames ꝛc̃. Et sic ñ
uĩ sufficere ut in. c. presentium de testi. li. vi. in uer. te
stes. Nam Io. ibidem ĩ nouella dicit illum tex. ñ pro
bare illud ad qd̃ allegať sed potius ɔ̃rium ꝙ tãta spe
cificatio ñ est facienda in exceptionibus lz in examia
tionibus sit fienda. Sic ergo dicti articuli uidebãtur
admittendi saltim in uim exceptionis si quelz species
crinum obiectoꝝ repellere habebat testes p id quod
nõ. glo. or. i. c. pia de excep. li. vi. sup ṽbo spẽm que ĩ
cipit hoc iõ dixi ꝛc̃. In his que opponũtur ɔ̃ electuz
asr uĩ uelle glo. in. c. ut circa de elec. per illum tex. sz
non dz trahi ad ɔñam in alijs casibus ĩ quibus non
ẽ expressum cum rõ sit in ɔ̃rium per gl. que est in. d.
c. pia de excep. facit qd̃ nõ. Bar. in. l. filius. ff. de dõa
tio. Preterea quicquid sit de obiectione criminum p
tex. illius. c. pñtium ñ sic ẽ in obiectione inimicitie ca
pitalis q2 illa ñ ẽ obiectio criminosa cũ potuerint ini
micitie predicte interuenire sine aliquo delicto dicto
rum testium ɔ̃ quos opponebať. uñ nõ cadebat alia
specificatio q2 nõ sigillabat psonas testium aliqua in
famia iuris uel facti qd̃ ñ sic est in excep. criminũ nec
repitur statutum nisi in criminibus ꝙ sigillatim speci
ficeť. Concludiť ergo ꝙ dicti nobiles fuerũt grauati ĩ
p̃dictis duobus. s. q2 fuit denegata dilatio saltim taci
te postq̃ ex iusta causa impedimenti fuit petita. Itez
q2 ñ fuerunt articuli obiectiui admissi ɔ̃ psõas testiũ.
Similiter fuerunt grauati in nimis breui dilatiõe da
ta ad opponẽdum ɔ̃ testes. s. quatuordecim dierum
cum tanta cẽt copia attestatõnum ꝙ uix infra mẽsez
potuerunt haberi. Nam d̃buit dari ut incipẽt postq̃
copiam habuissent uel per eos stetisset quo minus ha
berent non autem debuit dari taliter ꝙ inciperet añ
q̃ haberent dicta testium ꝛ sic anteq̃ scirent quid ha
berent opponere saltim ɔ̃ dicta. q2 cum non ualent
actum facere ñ dz incipere terminus currere. arg. l. si
seruus. ff. de stip. ser. C. de an. excep. l. i. in fi. Cõstat
autem illud etiam esse tale grauamen a quo põt ap
pellari de dila. c. i. ꝛ. ij. Non ergo ruit dicta appellatõ
ex eo ꝙ ñ fuerit interposita ex causis iustis nec etiam
ex eo ꝙ ñ fuerint specificati in appellatione q2 immo
fuerunt expressi sicut ex tenore eius apparet. ¶ So
lum ergo ẽ uidendum an ruat ex eo ꝙ non fuerit in
terposita infra decem dies a die illati grauaminis ꝙ
uidetur ut in. c. ɔcertationi de ap. li. vi. ¶ Breuiť cir
ca hoc ɔsidero tres cãus put possuz colligere ex dicti
doctorum. Nam interdum iudex grauat partem exp̃s
se interloquendo ꝛ tunc est appellandum infra decez
dies a die late interlocutorie ut. d. c. ɔcertationi ꝛ nõ.
in Spe. de appel. §. restat ṽsi. sed quid dices in prin.
ꝛ ita hn cum dz intelligi quod nõ. Host. in. c. ut debi
tus in fi. de appel. super uer. de maioribus ¶ Appel
lo autem q̃tum ad ppositum interlocutoriam exp̃s
sam illam per quam iudex declarat aliquid fiendum
uel non fiendum puta articulos admittendos uel nõ
talis nãqz interlocutoria uim hz diffinitiue quo ad il
lum articulum ut est tex. cum glo. in. l. siquis iusiurã
dum. C. de rebus credi. ꝛ h uoluit Ho. ꝛ Spe. ĩ pal
legato ṽsi. sz quid dices. s. ꝙ tale grauamẽ hz ui diffi
nitiue merito debz appellari infra decem dies a die
talis intlocutorie late q2 ipsa interlocutoria ṽbalis est
illa que grauat ptem non aũt id qd̃ sequiť post eam:
q2 illud pueniť in ɔsequentiã pnũciatõis predicte ꝛ
tãq̃ eius executio ꝛ implementũ. Et sic ñ debet illud
attendi sed illud ad cuius executionem uenit ar. ff. d̃
noua. l. si ita stipulatus. §. fi. cum. l. sequẽti. Si eniz
pronũciauit iudex articulos non admittendos et po
stea nõ admittit ista nõ admissio nõ est illa que gra
uet sed pronunciatio ad cuius implementuz uenit ꝛ
necessariam executionem ¶ Et ideo a pronũciatione
est appellandum nõ ab eius executione sicut in diffi
nitiua. l. ab executore. ff. de appel. pronunciatio autẽ
est actus instantaneus ergo ab illo instãti incipit cur
rere tempus appellationis. Interdum iudex gra
uat partem non interloquendo expresse uel tacite sz
potius exequẽdo ut cũ incipit nõ a d̃claratõe alicui⁹

dubij

dubij sz ab executione ut qꝛ facit aliquē capi ꝛ detineri
uel ponit aliquē in tenutā bonoꝝ aduersarij uel citat
aliquem ad locum n̄ tutum. uel assignat terminuz ni
mis breuem qui actus lz large loquendo possint dici
snīe interlocutorie ut hʒ in tex. ꝛ glo. C. de epi. ꝛ cle:
l. cum clericis super uerbo snīarum tm̄ nullo mō hn̄t
instar diffinitiue sicut interlocutoria que declarat ali
quod dubium ut dixi ꝛ tunc dico ꝙ isto cāu locum hʒ
dictū Hosti. qd̄ ponit i. c. romana de appel. li. vi. ꝛ re
fert Spe. in. d. §. restat v̄si. sed quid dices ꝛ Arch. in
c. ꝯcertationi co. ti. uz ꝙ pōt appellari post. x. dies a
die icepti grauaminis ꝛ ē rō qꝛ tunc grauamē cēsetur
hr̄e cāz successiuaz eo qꝛ medium uel finis grauamis
n̄ pōt dici ut ueniat ad executōnem principij qꝛ cū nō
precesserit declaratio de sic faciendo sz incipit a facto
eque pricipali qd̄ ē medium ꝛ finis grauaminis sicut
principium iō nullum coꝝ preualet alteri ar. l. si reus
ff. de duobꝰ reis ꝛ de fideius. l. generalr̄. iō n̄ solū ipz
pricipiū grauat sz ēt mediū ꝛ finis. Et iō licz quis sit
exclusus ab appellādo p̲ lapsū. x. dieꝝ a pri. n̄ tm̄ ē ex
clusus a medio ꝛ a fine a quibꝰ nōdū sūt lapsi. x. dies
iō pōt adhuc appellare a grauamie qd̄ ifert̄ hodie ꝛ
ꝓ hoc optia gl. q̄ ē. C. de fui. ꝛ aq̄. l. ij. i. gl. magna
post mediū ibi dum dicit. Alij dicūt ꝙ ēt lapsis. xxx.
annis intendit̄ negatoria ꝓ pn̄ti actu lz n̄ ꝓ p̄teritis ꝛ
facit qd̄ nō. p̲ gl. ꝛ Bar. in. l. mariti lenociniū. §. sex
mēsium. ff. de adul. ꝛ de iurciu. cū qui i. §. i popula
ribus. ꝛ qd̄ idem Bar. nō. in. l. ab hostibus. §. sz qd̄
simpliciter. ff. quibꝰ ex cau. maio. circa mediuz ibi ꝓ
euidētia debetis scire ꝛc̄. q̄ oīa faciūt optime ad ꝓpo
sitū ꝛ ꝓ sustentatione dicti Hosti. ꝛ Spe. ¶ Nec ob.
si dicat̄ ꝙ ipsi habuerūt respectū ad tp̄s ꝙ erat ante
c. ꝯcertationi. Sed hodie p̲ illud. c. uit̄ ꝙ debeat ap
pellari infra. x. dies ꝯputandos ab initio grauaminis
p̲ illud. c. Nam Arch. ꝛ Jo. an. ibidez i nouella uidē
tur sētire ꝙ ēt hodie sit locus. d. Hosti. ꝛ Spe. ꝙ illō
c. loquit̄ i grauamine ex̄iudiciali. sz i iudiciali rētinūt
ad nō. p̲ Ho. ꝛ Spe. i locis p̄allegatis. ¶ Interduz
v̄o ifertur grauamē p̲ iterlocutoriā tacitā ꝯtinētē ali
quā tacitā declarātōem ut qn̄ n̄ incipit a iudice sed a p̲
te ꝓuocante iudicē ut si p̲s petit admitti articulos ul̄
exceptōes aut dari nouam dilationem. ꝛ iudex ꝯtem
pta petitione ꝓcedit ad ulteriora quo cāu cēsetur ta
cite declarare talem petitōnem n̄ eē admittendā ut i
c. ex parte. M. de appel. ꝛ per ꝯn̄s dictos articulos
uel exceptōes reprobare qd̄ tm̄ ē ueꝝ si eos ul̄ cas exa
minauit n̄ aliter ut nō. Bar. in. l. a procedente. C. de
dila. ¶ Et n̄ aduertendum ꝙ ista repulsio uel dclara
tio cum sit tacita n̄ est tanti effectus q̄ti est expressa
nā n̄ censetur facta nisi respectu illius petitionis que
tūc facta fuit. n̄ autem alterius que postea fieret. Se
cus in expressa qꝛ cēsetur eē generalis quo ad oēs q̄
fieri possent ꝛ sic in rem. Nā actus ꝛ uoluntas tacita
uel taciti non sic late sunt interpretādi sicut expressi
sz catenus quatenus se extēdunt actus ex quibus re
sultant. l. i. §. iul̄. ff. de iti. actuqz priua. ꝛ qd̄ ibi nō. i
l. fi. C. ne filius pro patre de exeu. tu. l. uoluntarie. ꝛ
quod nō. Bar. in auē. qui rem. C. de sacrosan. eccle.
Plures bone ꝯcordantie colligunt̄ ex iuribus allega
tis p̲ Jo. an. in qōne posita super regula accessoriū
in mercu. circa principium. Et hoc expresse uoluit
quasi in terminis nostris glo. ordi. que est in clemē.
sepe circa fi. de uerbo. signi. in glo. que incipit. uide
tur ꝙ p̄sale. ubi determinat expressum consensū par
tium preiudicare in tota lite sed tacitum solum in ac

tu. Ex quo resultat ꝛ allegat ad hoc quod nō. i spe.
de app. §. restat uersi. ꝛ nō. secūdū Vinc. ꝛ d̄ ata.
§. i. v̄si. quid si reus. in quibus locis recitatur dictuz
Hosti. in cāu nostro loquentis de quo supra dixi ꝛ p̲
ista allegata dat intelligere. d. glo. ꝙ tacita interlocu
toria preiudicat solum in illo actu ex quo resultat ꝛ in
illa petitione nō in alia que postea fieret. modo nos
idem debemus dicere in casu isto. Si enim ꝓcurator
dictorum nobilium n̄ petijsset iteruz articulos admit
ti die. xij. maij non habuisset ius appellandi ratione
denegationis facte per prius qꝛ quo ad petitiones fa
ctas per prius prefata tacita interlocutoria transiuis
set in rem iudicatam postq̄ ifra. x. dies a die ꝓcessus
ad ulteriora ex quo resultat declaratio ꝛ interlocuto
ria p̄dicta non fuit appellatum. Verum licz per hoc
eēt exclusus a primarum petitionum beneficio nō ta
men sibi fuit clausum os quo minus iteruz posset pe
tere per iam dicta ꝛ per consequens a denegatione
facta ab ista ultima petitione bene potuit appellare
qꝛ appellauit infra tēpus d̄bitū. Nā ex renouata peti
tione ꝛ ex reiterata denegatiōe censet̄ renouatū gra
uamē qd̄ nō eēt si nō fuisset renouata petitio ar. hoꝝ
que habent̄ p̲ Bar. in. l. ualerianꝰ in fi. de p̄to. stip.
a qua noua petitiōe nō erant exclusi p̲ p̄cedētes taci
tas interlocutorias ut dixi ꝛ ideo cēset̄ nouū grauamē
sz si fuisset iterlocutoria exp̄ssa secus qꝛ fuissent p̲ eaz
exclusi tā a precedētibꝰ petitiōibus q̄ a sequētibꝰ ideo
nō cēset̄ grauamē nouū per iā dc̄a ꝛ allegata supra.
¶ Nec ob. ꝙ p̄dc̄i nobiles ul̄ coꝝ ꝓcuratores fuerūt
reputati ꝯtumaces q̄tū ad exceptiōes nō oppositas
qꝛ ꝯtumacia non afficit quē nisi dāno expēsaꝝ. non
aūt dāno litis seu ꝑditiōis iur̄ sui. l. ꝯtumacia. §. ꝯtu
max ꝛ ibi nō. ff. d̄ re iudi. unde dc̄ā iterlocutoria nō
ob. qꝛ adhuc poterāt petere articulos ꝛ exceptiones
admitti nec excludebant̄ propter lapsum termini bre
uis. tuz quia non fuit assignatus cum cause cognitio
ne ergo ꝛc̄. per ea que nō. Di. i. c. indultū de re. iur.
li. vi. tum qꝛ ius alterius partis nō erat effectum de
terius sed erat eque saluum post terminum sicut āte
ar. l. ꝛ si post tres in fi. ff. siquis caut. ꝛ de op. lega. l.
mancipiorum. Et quod nō. Ci. C. qui accu. nō pos.
l. si ca. ¶ Circa ultimum. s. de lapsu āni si uera sunt
que narrantur per allegantem. s. ꝙ postq̄ appellās
cepit prosequi coram delegato papa dictam causam
aduocauit a delegato ad instantiam appellati. et
eam cōmisit domino ep̄o mantuano. et fuit negli
gens in presentando ꝯmissionem. Clarissimum est
ꝙ lapsus illius āni nō nocet appellanti qꝛ per eum
non stetit cum semper fuerit diligens ꝛ nunq̄ dese
ruit causaz prosequi sed stetit p̲ papam ꝛ p̲tez aduer
sam. unde ēt alio impedimento in p̲sonam appella
ti nō subsistente dz habere secundū ānuz. Ita deter
minat expresse Jo. an. i nouel. i. c. ex ratione de ap
pel. in ultima colū. ibi sed uidetur aliquibus ꝛc̄. pro
hoc in auē. item si appellatione. C. de tempo. app.
Et in cor. unde sumit̄. ubi quando stat p̲ iudicez nō
p̲ appellantem non currit tempus. Pro hoc etiā. l.
intra utile. ff. de mino. de exeu. tu si cū ipe. Et quod
nō. Ci. in. l. fi. C. de adulte. s. ꝙ tempus non currit
quando stat per alteram partem. Preterea etiam
quādo non stetit per iudicez nec p̲ alterā p̲tē. sed ste
tit p̲ casum contingentē in p̲sonam appellantis quo
minus posset ꝓsequi lz regulariter talis casus nocet̄
soleat illi in cuius p̲sona m accidit. ff. de ꝯsti. pecu. l.
item illa post prin. s. in v̄si. ꝓinde si ualitudine fuit i

peditus zc. Et nõ. in. l. si uno. §. item cum quidam
ante fi. glo. magne. ff. loca. tamen hoc casu sibi non
nocet immo impedimentum unius dici facit ut totus
ann9 scdus z integre dcs cum restauret a iure sin mi
nisterio iudicis. lz eo casu quo iudicis ministerium re
quiratur ñ restauretur nisi tm̃ ips ꝙtum est illud in
quo fuit impeditus. l. ab hostibus. §. sed qd simplici
ter z. l. necnon. §. siquis sepius. ff. quibus ex ca. ma.
ita nõ. glo. in. c. si electio de elec. li. vi. super ṽbo frau
dulẽter z allegat Inn. z Host. i. d. c. ex rõne z ibi ẽt
Io. an. in nouel. in ultima colum. z Ange. de ꝑusio
in. l. z iõ citat. ff. de uer. obli. ubi hoc idem recitat z
dicit se ita ꝯsuluisse in ciuitate uenetiarum. Si ergo i
pedimentum ꝓueniens ex casu ꝯtingente in ꝑsonaz
appellan. ñ autem facto iudicis uel appellati ẽt si sit
unius dici facit ut integre scds annus dcs fm Inno.
Ho. z glo. ordinariam de quibus supra ẽt Ange. de
ꝑusio ꝙto fortius si impedimentum ꝓuenit facto adṽ
sarij uel iudicis ꝑ iura supra allegata. Qd ergo dr in
c. sicut appellario de ap. in cle. ut per lapsum anni si
tm̃ appellario ñ fuit expedita sñia transeat i rem iudi
catam ꝓcedit qñ toto anno appellans fuit negligẽs
uel ꝑtim diligẽs z ꝑtim negligẽs. Si vo nũꝙ fuit ne
gligens seu ꝑtim diligens z ꝑtim impeditus quo ipe
dimento durante nec negligens nec diligens põt di
ci fuisse tũc datur secundus annus ipso iure etiam si
in una die fuerit impeditus fm Inn. Hos. z glo. ubi
supra licet Bar. in auc. item si appellatione. C. de te.
ap. uideatur requirere ꝙ fuerit ipedimentum unius
mensis. sed cẽt temerarium recedere a supradictis ca
nonistis maxime cum cã cognoscitur ex delegatõe pa
pe. Credo ẽt ꝙ z si opi. Bar. cẽt uera in cãu nostro
fuerit impedimentum unius mensis z ultra. Cũ igit
in cãu nr̃o semꝑ fuerit diligens nec per eam stetit q
min9 cã terminaret infra annum sed stetit ꝑ alteram
ꝑtem que fecit cãm aduocari a primo delegato z com
missionem negligit pñtare sine dubio datur secund9
annus qz ẽt si per appellatum ñ stetisset sed ꝑ appel
lãtem ꝑꝑ casum ꝯtingentem in eius ꝑsona idez cẽt
ut supra dixi. Laus Deo.

.xxviij.

Habẽs spãle mãdatum ad ꝯparẽdum in cã cẽset
hr̃e i ꝯñam ad oĩa incidẽtia dependẽtia z ꝯnexa z sic
a grauamine z ab iterlocutoria appellare z restõnez
petere si ledit absqz spãli mãdato. z si ꝓnũciatur suꝑ
appellatõe ab iterlocutoria an talis sñia dicat diffini
tiua uel interlocutoria.

In christi nomine amen.

Uiso puncto suprascripto una cuz ꝓcessu toto seq̃uẽ
ti respõdetur ꝑ ordinem ad quesita. Ad primum
ẽt dico ꝙ lz i ꝓcuratorio eoꝝ nõ ꝯtineat expresse ꝙ
possint appellare qz tñ habuerit spãle mãdatũ ad cõ
ꝑendũ ꝓ ꝯstituẽte i hac cã cẽsẽtur hr̃e i ꝯñaz ad oĩa
icidẽtia dependẽtia z ꝯnexa ar. l. se. ff. de iu. om. iu. l.
ad rẽ mobilẽ z. l. ad lega. ff. de ꝓcu. Etiã si illa sint
talia q̃ de se requirerẽt si principaliter agerent spãle
mãdatũ. unñ ꝓcurator ꝯstitut9 ad cãm põt si ledit i ali
quo icidẽti articulo petere restõnẽ i ite. sine spãli mã
dato lz ad ipam pricipalr petẽdã requirat spãle. l. il
lud. ff. de mino. iũctis his que nõ. Inn. i. c. suscitata
de i ite. rest. z Bar. i. l. cũ ꝓcur. ff. de op. no. nũ. z in
d. l. illud i fi. z põt appellare ab iterlocutoria z appel
latõnẽ ꝓsequi sine alio spãli mãdato. Sz Bar. dicit
in. d. l. cũ ꝓcur. lz a diffinitiua solũ appellare nõ ꝓse
qui ṽtute spãlis mãdati ad lites. l. inuitus. C. de ꝓcur.
cum ibi nõ. Sed si hr̃et generale posset ẽt ꝓsequi fm
doc. ibidem. h ãt ñ solum hz spãle mãdatum ad hãc
cãm sed ẽt ad omnes. unñ ñ uideo quare predicti non
potuerint appellare ex defectu mandati. facit. ff. quã
do ap. sit. l. ꝓcur. z an per alium cãe appel. l. si ꝓcu.
cum ibi nõ. Ad fm respõdet ꝙ lz ex defectu mãda
ti ñ ꝓhiberẽtur isti appellare ꝓhibẽtur tñ. s. qz bãnũ
predictum erat interlocutoria postꝙ sperabatur diffi
nitiua a qua ut dr poterat appellari z ꝑ illam appel
lationem tolli poterat grauamen illatum ꝑ dictam i
terlocutoriam. z sic ꝓcedit regula ꝓhibitã tã de iure
cõi. ff. de appel. recip. l. ant sñie tpus ꝙ ẽt ex forma
statuti cesente sub rubrica de citationib9 ad fi. z appllõ
fuit inuenta ad tollẽdum grauam̃ ꝑ alium qd ñ est i
ꝑtãte grauati ꝑ aliud remedium tollere. l. i. ff. de ap.
Sed si potuit taz leuiter tollere z ñ fecit sibi imputet
qz ñ debuit querere ut tolleret ꝑ alium nisi iudicẽ ap
pllõnis qz ꝑ seipsuz tollere ñ põt. ff. de ꝯditi. isti. l. qz
rõ. fac. l. iã dubitari. ff. de hr̃di. isti. in rõne sui. Ex
his apparet responsio ad tertiũ ꝙ iudex appellatio
nis dbuit pronunciare dictã appellationẽ nõ tenuisse
ex caus predictis z iterponi nõ potuisse. Ad quar
tum dico ꝙ Bal. tangit istũ passum quãdo appellat
ab iterlocutoria z ꝓnũciatur super tali appellatione.
An sñia iudicis appllõnis dicat iterlocutoria sicut pri
ma an uero diffinitiua z deteriat in auc. hoc sacr. C.
de iur. ca. posita suꝑ. l. i. z i. l. cuz z minores. C. si ad
uersus rem iudi. qd si ꝓnũciat male appellatuz z sic
remittat cãm ad primum iudicem dicat diffinitiua re
spectu iudicis qui ñ sperat aliã dare sz respectu ꝑtiuz
que sperãt aliã dari dicat iterlocutoria z ita dicit se cõ
suluisse. Sed quid iuris si ꝓnũciat bñ appellatuz
hoc ibi ñ tãgit sz i. l. fi. §. sz z siquis. C. cõia de l. sentit
ꝙ sit diffinitiua respectu ꝑtiuz tanꝙ a diffinitiua pos
sit appellari sine expressione grauaminum. l. i. in fi.
ff. de appel. cuius auctoritas sufficiat pro pñti absqz
alia iuestigatione. Suꝑ ultimo q̃ pena ueniat ipo
nẽda de isto excessu ur ꝙ pena statuti sub rubrica de
ꝓiua. carcerib9 ṽsi. z siquis aliquẽ tenuerit carceratũ
zc. Nã ṽba illi9 ṽsi. uidẽtur ualde ꝯgruere casui nr̃o si
bñ ꝯsiderẽt. Sz ꝯsiderãdum ẽ ꝙ dictum statutum ñ
fuit in hac inquisitione inductum idest intentatum.
Debuissent enim apponi formaliter uerba statuti di
cendo ꝙ illã mulierẽ retinuit carceratã seu detentaz.
Et ꝙ pretextu carcer. seu detentionis extorsit ab ea
dictã tunicã zc. Quod minime factum fuit. Preterea
uidetur loqui de uiolentia cõpulsiua i qua ẽ uolũtas
licet coacta. nam tũc proprie diceretur extorqueri me
tu cacer. hic uero fuit ablatiua i qua ñ fuit uolũtas il
lius. c. sacris quod me. cau. unde nõ põt dici qd me
tu carceris eam illi tradiderit qz nõ tradidit ipsa sed
uiolenter ille ei abstulit qd facere potuisset etiam sine
dtentione uel icarceratione. Et sic nõ bene cõgruũt
uerba dicti statuti. An aũt debeat puniri pena statuti
sub rubrica de pena iferentis alicui uiolentiã expul
siuã dicit ꝙ nõ qz illud loquit d simplici uiolẽtia. Sz
hic nõ fuit simplex sz cũ ea fuit admixta detẽtio a me
natio gladij z mine que uidentur aggrauare uiolen
tiam. z sic sumus extra illud statutum ar. ff. de que
stionibus. siquis uiduã. de adulterijs si adulteriũ cuz
incestu. C. de raptu uirginum. l. prima post principiũ
ibi ꝙ duplici crĩne zc. de sepulchro uiolato. l. qui sepul
chra. sz in ꝯñũ qz statutum ꝓfatum loquit ita genera
liter

liter q̄ pōt trahi nō solum ad simplicem uiolentiam si
ne dictis qualitatibus sed etiam cum eis. non enim i
co ꝯprehendo eē aliquod uerbum restrictiuū ad sim
plicem uiolentiam: iō q̄q̄ nimis pua pena uideatur
ad tam presumptuosū ⁊ mali exempli excessuz q̄tus
iste fuit. tamen potius inclinarem in hac pte sequēdo
iur̄ regulas q̄ i mitiorē ptem fienda sit interpretatio
⁊ q̄ mitior. l. uideatur ītētata. ff. ð penis si preses. cū
hoc tñ q̄ pp. d. qualitates possit iudex augere penaz
d. statuti. Nam si illa pena de qua loquit̄ statutū pos
set imponi ꝑ simplici uiolentia iustum ⁊ equū ē q̄ iu
dex in eodem genere pene pecuniarie p̄missa cāe co
gnitione possit augere penam. ff. de penis. l. hodie ⁊
l. quid ergo. §. pena grauior. ff. de infamib⁹ ⁊ quod
utrobiq; nō. expresse p Bar. sicut ēt posset cā cogni
ta minuere. l. ⁊ si seuerior. C. de infamib⁹ facit. l. aut
facta p totum. ff. de penis. dixi āt in eodez genere pe
ne q2 nō posset transgredi ad diuersum genus ut ð pe
cuniaria ad corporalem uel de pecuniaria certe q̄ti
tatis ad quotam ptem bonoꝝ cum illa hodie nō sit in
usu lz olim sic. l. iij. ff. ad. l. iuliā. de ui priuata. ⁊ sic ui
demus i ꝓrogatione iurisdītōis q̄ pōt fieri in eodem
genere iurisdītōis nō i diuerso iur̄ nō. p Inno. i. c. de
cāis de offi. dele. ⁊ nō. i. l. i. i ultima gl. ff. de iudicijs.
uñ si ex forma dicti statuti ꝑ simplici uiolētia ueniret
puniēdus i quīquagīta q2 tunica ualebat. xxv. nō re
puto absurdum pp. d. qualitates punire ipsum in cē
tum ⁊ ultra ꝓut iudici equū uidebit̄. Attenta ēt quali
tate psone si ē arrogans ⁊ aptus ad similia iteruz fa
ciendo ⁊ ad ꝯpescendum arrogantiam seu audaciaz
ar. ff. de carbo. edic. l. i. §. pōpo. audacissimus quis
q; ⁊c̄. ⁊ p istum modum seruabit iudex statutum sub
rubrica de penis nō ꝓuisis assimilādo hāc uiolētiam
ablatiuam cum alijs uiolētijs. ⁊ ēt statutuz sub rubri
ca de robore statutorum q2 nō deuenit ad penā iur̄ cō
munis de ui publica: cum possit ꝓcedere de similibus
ad similia ⁊ satisfaciet iudex motiuo suo q2 sine du
bio fuit bonum uz ut. d. uiolentia qualificata puniat̄
acrius q̄ simplex. ⁊ sic omnibus erit ꝓuisū qd̄ fiēduz
ē ar. ff. de his que in frau. credito. l. his. Laus Deo.

.xxix.

¶Appellationi ab īterlocutoria qñ sit deferēdū uel
p iudicē a quo uel p iudicē ad quem ⁊ qualiter suma
tur uerbum deferre.

¶In christi nomine amen.

Uiso puncto ⁊ allega. sʒ. Quia de hoc principaliter
queritur ⁊ pronunciari petitur p dictū ꝯmissariuz an
dicte appellationi īterposite ab īterlocutoria uel gra
uamine sit uel fuerit deferēduz. ¶Ne sub equiuoco ꝓ
cederemus notādū puto q̄ uerbuz illud deferēdum
pōt duobus modis assumi. Primo pro delatione fiē
da p iudicē a quo ⁊ si de ista querētur clara uideret̄
danda responsio q̄ nō q2 uel iudex sentiebat se gra
uasse ptē appellātē ⁊ tūc nō debebat deferre sed gra
uamen reuocare ⁊ fecisset appellationē cessare in. c.
cuz cessante extra de appel. aut cognoscebat se ptem
nō grauasse ⁊ sic reputabat appellationē esse friuolā
⁊ tūc similiter nō habebat necesse deferre ne iurisdi
tionē a se abdicaret sed poterat in causa procedere
quousq; sibi inhiberetur p iudicē ad quē. c. cū appel
lationibus ⁊. c. nō solum de appel. li. vi. ⁊ ita fecit hic
iste iudex q2 in causa processit ⁊ sententiā diffinitiuaz
dedit in causa principali nō obstan. dicta appellatiōe

Et de ista delatione nō puto queri de presenti cū cō
stat ipsam factā non fuisse. Nec expedit ð illa querere
nec ē opus ul' utile. ¶Secūdo pōt sumi uerbū istud
pro receptione appellationis fienda per iudicem ad
quem. ⁊ ista uidet̄ eē facta eoipso q̄ potestas caz al
teri cognoscendam ꝯmisit. Casus uš in. c. pastoralis
in. §. preterea de offi. dele. lz etiam delatio quam fac̄
iudex a quo ⁊ de qua dixi in precedenti articulo dica
tur receptio. ff. de appel. rec. in rubro ⁊ nigro ⁊ spe
cialiter in. l. ei cui. sed receptio quā facit iudex ad quē
nō sic ꝓprie dr̄ delatio cū delatio ptineat ad iudicem a
quo ut. d. c. cum appel. ⁊. c. nō solum de appel. li. vi. ⁊
si dicatur q̄ in cāu nr̄o iudex ad quem ē ipse ꝯmissa
rius: quem dat ptās brixie nō ipse potestas qd̄ pz q̄m
ad ipsum commissarium dandum īterponitur appel
latio ut pz in statuto in uer. lata ⁊c̄. ibi ad iudicem ap
pellationis dandum uel ꝯstituendum per dominum
potestatem ⁊c̄. Et sic ad ipsum commissarium perti
net cognoscere an appellatio sit recipienda uel nō ut
in eodem statuto uer. qua appellatione ibi. Et etiaz
per prius cognoscat ⁊c̄. ⁊ si ꝓnunciauerit eam eē re
cipiendam ꝓcedat ulterius cognoscendo an appella
tio fuerit iusta ul' non. si uero non eēt recipien. ulteri
us se intromittat sed remittat partes ad primum iu
dicē. ⁊ sic i cāu nr̄o articul⁹ iste nō est adhuc decisus p
missionem quam fecit dominus potestas. tunc enim
eēt decisus: si potestas foret iudex appellatōnis ⁊ ad
ipsum foret appellatuz. ⁊ ita ꝓbat iste uer. Preterea
posito q̄ hoc non eēt respondetur q̄ sic: ita tamē di
co q̄ iste ꝯmissarius dz ꝓnunciare. d. appellōnez fo
re recipiendam seu sibi fore deferendum ut utar ūbis
statuti. Et hoc iō q2 q̄tum ad hoc ut super iusticia ul'
iniusticia appellōnis possit iudex appellōnis ꝓceder̄
⁊ cognoscere ut ꝓnūciat bñ appellatum uel male eo
ipso appellō per ipsum recipiēda ē ⁊ sibi deferenduz
q2 non ē apparēter inepta uel nulla sed hz formam
essendi ut q2 est interposita ab interlocutoria uel gra
uamine ⁊ cum expressione causarum grauaminum:
⁊ que sint tales que non sint euidenter frustratorie ⁊
aliquo istorum deficiente non deberet eam recipere
nec partem appellatam citare sed ex officio suo etiaz
nemine petente eam reicere uel lacerare sicut reicit li
bellum ineptum. ff. de offi. assessoruz. l. i. sic loquitur
⁊ dz intelligi. c. romana. §. cum autem de app. li. vi.
Si uero ista concurrant tunc posito q̄ existenter eēt
nulla quia tamen non apparenter dz eam recipere:
⁊ ad ulteriora super ea ꝓcedere uz ad inhibitionem
fiendam iudici a quo ⁊ ad iurisditionem ab eo aduo
candam seruatis seruandis secundum formam. §. si
uero uocat. cum se. eo. c. romana ⁊ ad istam distin
ctionem an sit apparenter nulla uel non bene fac̄ gl.
que est in. l. i. ff. nil noua. appel. pen. super uerbo fi
at in uer. item quid si patenter appareat ⁊c̄. que tam̄
loquitur in iudice a quo sed idem ē in iudice ad quē:
si bñ inspiciatur facit qd̄ nō. Bar. ff. de falsis. l. siq̄s
legatum circa principium. ubi distinguit in si. inter te
stamentum nullum apparenter q2 non hz debitam
formam ⁊ non apparenter sed existenter ut q2 hz for
maz apparentē sed ex occulto defectu puta p̄teritōis
filij de quo nō constat erat nullum. in cāu nr̄o concur
runt omnia predicta que faciunt apparere dictaz ap
pellationem ualidam neq; eniz cāe expresse in appel
latione ista sūt apparēter nulle sed uel ualide ⁊ ltime
uel dubie. iō dictus commissarius dz ꝓnunciare dicte
appellationi fuisse deferendum ⁊ eē ut satisfiat statu

to ⁊ super ea ex iusticia foꝛe ⁊ eē ꝓcedendum ad ulte rioꝛa an bñ uel male fuerit appellatum qm̄.d.appel latio pꝛima facie ⁊ apparenter ē apta non inepta ⁊ ꝺ ista tali ꝓnunciatione sine dubio statutum intellexe rit non ꝺ ultima qua ꝓnunciatur bñ uel male appel latum qꝺ pꝫ qꝛ uult eam fieri infra sex dies utiles ⁊ ꝙ ꝯmissarius de ea nullum hꝫ salarium que duo in ulti ma ꝓnunciatione qua ꝓnūciaꝛ bñ uel male appella tum fuisse locum ñ haberent ut pꝫ ad sensuꝫ. Est.n. ista quedam pꝛeparatoꝛia ad ꝓcessum fiendum sup appellatione sed altera est ꝺcisoꝛia cāe appellōnis. Et hec patent ex eodem statuto in eo quod sequitur in uerbo si posꝙ̄ statim ꝓcedatur ⁊c̄.ubi post dictaꝫ ꝓ nunciationem uult ad ulterioꝛa ꝓcedi super ipsa ap pellōne ⁊ per aliam diffinitiuam sniam ferendam in fra decem dies utiles cām terminari. Si uero queriꝛ facta ꝓnūciatione pꝛedicta ꝑparatoꝛia ꝙ huic appel lationi fuerit deferenduꝫ idest recipiēdum ⁊ sup ea ꝓ cedendum ad qꝺ tendit statutum sed non allegatio nes supꝛascripte.⁊ cognita postea cā qualiter debeat ultimo ꝓnunciare an bene aut male fuerit appellatū ad quod tendunt allegationes supꝛa facte sed ñ mens statuti in illa parte quia infra.vi.dies uult ꝓnūciari an sit appellationi deferendum.tunc ē discutiendum an de iure cōi uel municipali potuerit ab isto graua mine appellari. Et alias super isto articulo consului ⁊ qꝛ ꝯtinet tale grauamen qꝺ per appellationem a diffinitiua non potest reparari cum consistit in facto ⁊ in laboꝛe persone ⁊ expensaruꝫ pꝛout uoluit Bar. ⁊ Bal.in locis in consilio allegatis ⁊ etiam.d.aduo catus in pꝛin.supꝛascriptarum allegationum refert ⁊ allegat. ¶ Sed in contrarium nouiter allegātur que dam sat friuola que opoꝛtet tollere.dicitur enim pꝛi mo ꝙ licet iudex ꝑti ree assignauerit illum terminuꝫ ad faciendum fidem de contentis ī eo ⁊ licet hoc facē nō debuerit uel debuisset attamen ꝑtem ream non uideꝛ agrauasse quia nō artauit eam ad illud plusꝙ̄ uellet. poterat eñ si uolebat si nolebat ñ cogebaꝛ siē cū ꝗs citaꝛ ꝯditiōalr ut ꝯpareat allegatur ꝰꝺ iure suo si uult non uidetur per hoc grauari arg.eius qꝺ nō. glo.C.si mancip.ita fuerit alienatum.l.ea quidem ī glo.fi.⁊ Bal.C.de testamentis.l.testamento. Sꝫ ad hoc respondetur ꝙ immo grauata fuit ex dicta termi ni assignatione qꝛ lꝫ non fuerit artatꝰ pꝛecise ad faciē dum fidem de illis uidebatur artari causatiue si no lebat contra se ferri sententiam qui enim assignat ter minum uidetur cōminari de excludendo quem post terminum: cum illud sit de natura termini iuxta nō. in.l.ꝙ̄diu.ff.de acqui.here.⁊.l.i.§.quod dicitur.ff. sicui plus ꝙ̄ per.l.fal.unde si non appellaret timoꝛe ne ferretur contra eum sententia non parendo ter mino coactus fuisset dictas ꝓbationes facere contra omne debitum rationis ⁊ sic sensissent grauamen ir reparabile.ideo licuit appellare ne sentiret.l.siquis pꝛouocatione.C.de appella.Bar.⁊ Bal.in locis pꝛe allegatis. ¶ Secūdo allegatur ⁊ dicitur ꝙ non ap paret iudicem fuisse motum ad dandum sententiam diffinitiuam contra appellantem ex isto capite quia non paruit pꝛecepto uel termino sed ista allegatio fri uola est quia nec apparet contrarium.s.ꝙ fuerit mo tus ex alia causa non ex ista. unde pꝛesumitur motꝰ ex ista sicut ex alijs postquā alia colligitur ex actis nō apparente ꝺ contrario iuxta nō.in.l. siquis ad exhi ben.ff.de exceptio.rei iudica. Pꝛeterea sufficit ad iu stificandum appellationem ꝙ uerisimiliter poterat

de hoc dubitare pꝛopter naturam assignationis ter mini.unde iudex si non intendebat moueri ex ista causa debebat reuocare pꝛeceptum ⁊ termini assigna tionem ⁊ fecisset appellationem cessare ut in.c.cum cessante de appel.quod cum non fecerit uidetur per stitisse in illo pꝛoposito ut nisi pareret contra illam sē tentiam ferret ⁊ ita pꝛesumendum est ipsum fecisse. ¶ Tertio dicitur quod quicquid sit de iure cōi de iu re tamen municipali a nulla interlocutoꝛia appella tur etiam continente grauamen irrecuꝑabile quod dupliciter pꝛobatur. Pꝛimo quia statutum uult oīs exceptiones dillatoꝛias ⁊ alias quascūqꝫ reseruari in fine litis ⁊c̄. quam rationem non uideo ꝙ̄tum faciat ad ꝓpositum. Nam posito ꝙ obseruato statuto non uideatur foꝛe locus appellationi ratione alicuius in terlocutoꝛie ferende super exceptionibus quia nulla fertur sed reseruantur si tamen iudex statutum non seruaret sed super aliqua exceptione pꝛonunciaret quod faceret possꝫ ⁊ ualeret.l.uiro atqꝫ uxoꝛe.ff.so lu.matrimonio cum ibi nō.per Bart.nulli dubium est ꝙ posset appel.si contineret grauamen irrepara bile per appellationem a diffinitiua. naꝫ dato quod non expedit sequitur ꝙ non opoꝛtet.C.de rescindē. uen.l.ratas. In casu autem nostro iudex pꝛonuncia uit dictum pꝛeceptum faciendo ⁊ terminum assignā do quid ergo repugnat dictum statutum appellatio ni non uideo. Pꝛeterea nos non sumus circa reser uationes exceptionum sed in alio grauamine aliter illato. Item uidetur statutum imponere metam.x. dierum instantijs causaruꝫ sed si posset appellari ab interlocutoꝛijs tale statutum uiolaretur que ratio fal sissima est. Nam non obstante dicta appellatione si iudex ei non detulit nec per superioꝛem fuit inhibitū potest iudex infra terminum causam expedire.c.non solum de appel.li.vi. Et posito ꝙ non posset quia esset inhibitum non offenderetur statutum quia de bet intelligi sane uidelicet nisi legitimum superuene rit impedumentum ut quia sit appellatum ab interlo cutoꝛia. Nam ⁊ ius cōmune mandat iudici ꝙ causaꝫ expediat infra terminum ⁊ tamen permittit appellaꝛ a quibusdam interlocutoꝛijs ⁊ pꝛopter appellationē pꝛotelabitur expeditio ultra terminum: ⁊ suspendeꝛ instantia termini.l.intra utile.ff.de minoꝛibus ⁊ sic quod dicit.l.pꝛoperandum.C.de iudicijs debet intel ligi nisi fuerit appellatum ab interlocutoꝛia ⁊ inhibi tum per superioꝛem. Pꝛefate ergo rationes tanꝙ̄ fri uole ⁊ impertinentes ñ pꝛobant quod intendunt di cere.uidelicet ꝙ statutum tollat appellationes a qua libet interlocutoꝛia. Item statutum debet intelligi se cundum dispositionem iuris cōmunis secundum qꝺ in multis casibus potest appellari quoꝛum unus est casus noster per rationes tactas in consilio.⁊ sic per pꝛedicta uerba satis bꝛeuia remanent sine superflui tate uerboꝛum euacuate rationes nouiter facte in ꝯ̄ rium ⁊ contra dictam appellationem. Et concluden dum est partes iudicis tunc in ꝓnunciando bñ appel latum a dicti termini assignatione. Et per ꝯsequēs quicquid iterum ⁊ post dictam appellationem atten tātum est foꝛe ⁊ esse nullum ⁊ de facto reuocandum sicut de facto pꝛocessit. Et per consequens etiam di ctam diffinitiuam sententiam.ut in.d.c.non solum ⁊ nil noua.appel.pen.in rubꝛo ⁊ nigro.

.xxx.

¶ Arbitramentum utrum finiaꝛ moꝛte alterius ex ꝯpꝛomittētibus sicut finiꝛ arbitrium.

in xp̄i

In christi nomine amen.

Circa primũ facit dubiuꝫ q̄ꝛ.l.diẽ proferre.§.i.ff.de
arbi.cũ ſillibus dicentibus ꝯpromiſſum expirare per
mortẽ alterius ex ꝯpromittẽtibus loquit̃ ⁊ loquunt̃ ĩ
ꝯpromiſſo facto ĩ arbitros qui habẽt ꝓcedere ⁊ pro
nũciare ſicut iudex.l.i.ff.de arbi.ſed Spe.in ti.d̾ ar
bitro.§.finit̃ poſt prin.uerſi.ſꝫ nunꝙ̄ arbitratꝰ.di
cit ꝙ arbitramẽtũ ſeu ptãs arbitramẽtandi nõ finit̃
morte alterius ex ꝯpromittẽtibus q̄ꝛ nõ ẽ ꝓprie com
promiſſum ſeu arbitriũ ſed quoddã pactũ ſeu trãſa
ctio ĩ quo heres ſuccedit ⁊ ad eũ tranſit.ff.de proba.
l.pactũ.l.ſi neceſſarias.§.de uendẽdo.ff.de pigno.
acti.cũ ſi.iũcta auc̃.ſi uero.⁊ ĩ corꝑe unde ſumit̃.C.
de iudi.ſꝫ Bar.in.l.ſiquis arbitratu.ff.de uerb.ob.
circa finẽ ñ allegãdo Spe.diſtiguit aut arbitrator fu
it aſſumptus ſuꝑ ꝯ̄ctu ꝯtrahẽdo ⁊ tunc arbitramẽtũ
finit̃ morte ſicut ⁊ arbitriũ cũ ſit eadẽ ratio.aut ſuꝑ
ꝯ̄ctu iã inito ⁊ celebrato ꝑꝑ aliquod dubiũ circa acci
dẽtia iur̃.l.domũ.ff.de ꝯ̄hen.emp.⁊ tũc trãſit ad he
redes ſicut ⁊ ipſe ꝯ̄ctus ⁊ pro hoc facit.l.ſuus ſi here
di.ff.de ſtatu libe.in rõe ſui ⁊.l.fundi.§.item ſi ami
cus.ff.de acqui.poſ.⁊.c.ſi ſuꝑ grã de reſti.li.vi.Sꝫ
qñ arbitrator aſſumit̃ ſuꝑ lite dicit̃ aſſumi ſuꝑ cõtra
ctu tranſactõis in cũdo ꝑ arbitramentũ.ideo anteꝙ̄
ferat̃ morte alterius ex ꝯpromittẽtibus qȯ ad utrũqꝫ
finit̃ ſicut arbitriũ ſi ſunt duo tantũ. ¶ Circa ſcdm
queſitũ an dictũ ꝯpromiſſũ duret reſpectu iacobi nõ
mortui: q̄ꝛ dicit̃ ꝙ res ẽ indiuidua. Ego ñ ꝯprehẽdo
ex narratis qualr̃ res ſit indiuidua. Nam qȯ ẽ d̾ quo
dĩ fideicõ.qȯ petit̃ ꝑ eũ a duobus heredibꝰ.⁊ ſi fidei
cõmiſſũ ꝯſiſtit ĩ pecunia uel ĩ rebus corꝑalibꝰ que di
uidue ſunt.propterea diceret̃ res ĩdiuidua ꝙ ſit ĩ eo
dẽ iudicio uel libello petitur a duobꝰ heredibꝰ ut ex
preſſe pꝫ.ff.de iudi.l.ñ idcirco.ubi habet̃ ꝙ põt cã
tũc expediri quo ad unũ ⁊ in ſuſpẽſo teneri quo ad
alteꝝ.facit.l.ſi pariter.ff.de libe.cã.⁊ qȯ nõ.Bar.in
l.de unoquoqꝫ.ff.de re iudi.⁊ de duobꝰ reis.l.iij.§.
fi.i.ii.iiij.q.⁊ qȯ nõ.Inno.in.c.cũ inter de elec.⁊.c.
cũ uenissent de insti. Si uero qȯ fuiſſet de iure incor
porali ut de ſeruitutibꝰ p̄dialibus uel iuriſditõe tunc
eẽ põt dubiũ an inutile trahat ad ſe utile ⁊ ſic ꝓpter
mortuũ expirauerit ẽt ꝙ̄tum ad ſuperſtitẽ qȯ tꝫ glo.
in.d.l.diẽ proferre.§.i.ff.de arbi.pro qua facit.l.pe
dius.§.i.e.ti.ff.de iniuſto teſtõ.l.pe.de aqua quot.
⁊ eſti.l.i.§.trebatius ⁊.§.itẽ querit̃ in cõtrarium ꝙ
ĩmo trahat ad ſe utile ⁊ ꝙ ꝑꝑ illũ qui ſuꝑeſt duret et
⁊ trãſeat ẽt ad heredes eiꝰ qui mortuus eſt.ff.quẽad
modũ ſui.amtita.l.ſi cõem ĩ prin.de libe.lega.ſi is
qui duos.de dona.ĩter ui.⁊ uxo.ſi ſpõſus.§.gnãlit̃.
Breuiter quicquid ſit de iſto brocardo de quo ꝑ Ci.
in.l.ſiquis argen.C.de dona.poſtꝙ̄ ĩ caſu habemꝰ
determinatõem dicte gl.quã reprobatã ñ reperio ſꝫ
approbatã ꝑ Jo.an.in addi.ſpe.in ti.de arbi.§.fini
tur poſt prin.ſm Alber.galeotti non ẽ ab ea recedẽ
dũ ſꝫ ei potius adherendũ ⁊ decidẽdo ⁊ ꝯſulendo ut
dictũ ꝯpromiſſuꝫ expirauerit q°ad utrũqꝫ. Nec ob.
ꝙ ĩ aliqua ꝑte ꝯpromiſſi facta fuit aliquãdo mentio
heredum quia non quo ad hoc ut ad eos tranſeat
ſed ut per heredes ſeruetur laudum ſi contingat ip
ſum fieri uiuentibus ambobus ut ſupra in puncto
reſponſum eſt.

.xxxi.

¶ Siquis ꝓmittit ſe facturꝫ ꝯpromiſſum totiẽs quo
tiẽs ⁊c̃.ſi morit̃ ꝑ huiuſmõi ꝓmiſſiõe an heres poſ
ſit cogi ad ꝯpromittendum:

In christi nomine amen.

Super primo queſito dicendũ uidet̃ heredes dicti ſil
ueſtri nõ poſſe de iure cogere dictũ leonardũ ad ite
rũ compromittendũ uirtute ꝓmiſſiõis predicte q̄ꝛ il
la expirauit morte ſilueſtri nec amplius durat quod
ſic oſtenditur. Nam certum eſt ꝙ compromiſſum fa
ctum inter eos in dictos conſules tanquam in arbi
tros ⁊ arbitratores expirauit morte ſilueſtri poſtquã
non fuit actuꝫ inter eos ꝙ tranſiret ad heredes ſiue
inſpiciamus illam partem qua compromiſſum ẽ tan
quam in arbitros.ff.de arbi.l.diem proferre.§.i.ſi
ue illã qua tanquam in arbitratores.cum facti cenſe
antur ſuper contractu nondum facto.ſed perficiẽdo
uidelicet ſuper contractu tranſactionis incunde.ut
nõ.Bar.in.l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſo
cio in prima queſtione.quoniam arbitramentuꝫ ſu
per lite quedam tranſactio reputat̃.ut in auc̃.ut dif
ferẽtes iudi.§.i.igit̃ idem ẽ dicendũ de tali ꝯpromiſ
ſo ut non tranſeat ad heredes quod dictum ẽ de pri
mo prout determinat Bar.in.l.ſiquis arbitratu.ff.
de uer.ob.in ulti.col.uer.quid ſi aliq̇s de ꝯ̄hẽtibus
⁊c̃.Et ſi expirauit ꝯpromiſſum iam factum ergo ⁊
promiſſio de iterũ cõpromittẽdo q̄ꝛ nõ d̾bet eſſe ma
ioris efficacie quo ad tranſmittendum in hẽdes ſpes
cõpromiſſi fiendi reſultãs ex dicta promiſſione ꝙ̄ ſit ip
ſum cõpromiſſum iam factum ſicut uidemus in ſili ĩ
ſpe uſufruc.ꝯſtituẽdi.ff.de uſufruc.leg.l.ſemproniꝰ.
Nec etiam actio ꝑſonalis oriens ex ꝓmiſſione ad cõ
ꝓmittẽdũ ꝙ̄ ipſuꝫ ꝯpromiſſuꝫ iã factũ ſicut nec actio
ꝑſonalis ꝯpetẽs ꝓ uſufructu cõſtituẽdo. Nã expirat
etiã capitis diminutione ſicut ⁊ ipſe uſufruc.ſi cõſtitu
tus eſſet.ff.quibus mod.uſufr.amit.l.i.ĩ prin.⁊ etiaꝫ
tempore lõgo ſecũdũ gl.C.d̾ uſufruc.l.corruptioneꝫ
⁊ ibi ꝑ gl.magnã ĩ fi.⁊ ꝑ doc.licꝫ de ſui natura dicta
actio duret longiſſimo tempore.C.de cõſtitu.pecu.l.
ij.licet cõtra hoc faciat.l.ſi ꝑtem ĩ p̃n.ff.quẽadmo
dũ ſerui.amit.q̄ꝛ ñ põt ĩputari negligentia nõ utẽdi
cui nodũ ꝯſtitutus ẽ uſufructus.tamẽ quicq̇d ſit illud
cõſtat ĩdubitãter ꝙ lꝫ longo tẽpore ꝑ ñ uſum nõ tol
leret̃ actio ꝑſonalis pro uſufructu cõſtituẽdo tollit̃ ta
mẽ ⁊ exſpirat morte ⁊ capitis diminutõe q̄ꝛ ñ dꝫ ĩciꝑe
uſufruc.ab eo caſu quo ſi ceptus eſſet finiret̃.ff.de
uſufruc.l.titio cũ moriet̃. Eodẽ mõ dico ĩ ꝓmiſſiõe
facta d̾ ꝯpromittẽdo ut nõ tranſeat in heredes ſicut
nec ꝯpromiſſum ſi factũ eſſet ñ facta mẽtione d̾ eis ꝑ
dicta iura ⁊ rationes. Et ĩtãtũ puto hoc uerũ ꝙ etiã
ſi ꝓmitterẽ tibi facere tecũ ꝯpromiſſum unuꝫ uel plu
ra ⁊ totiens quotiẽs opus fuerit ⁊ quouſqꝫ lis ĩter te
⁊ me ſit finita ⁊c̃.ꝙ iſta ꝓmiſſio ñ extẽdit̃ ad hẽdes
meos ñ facta mẽtione de illis q̄ꝛ poſſunt dicta uerba
ſatis operari ſecũduꝫ naturã ſubiecte materie.uidelꝫ
ꝯpromiſſi.ſ.in caſibꝰ ĩ quibus finiret̃ alijs modis ꝙ̄
ꝑ mortẽ ꝯpromittẽtiũ puta ꝑ lapſum temporis uel ꝑ
mortẽ arbitrorũ uel alterius eorũ ſeu etiaꝫ ꝑ ꝓlatio
nẽ laudi nulli uel ꝓpter aliaꝫ cauſam puta q̄ꝛ forma
cõpromiſſi nõ foret ſeruata tũc eniꝫ nõ exſpiraret.l.
quid tamẽ ĩ prin.⁊ ibi nõ.ff.d̾ arbi. Nõ ergo d̾bes ex
tẽdere dicta uerba ut operẽtur cõtra naturã ſubiecte
materie uidelicet ut tranſeat ꝓmiſſio ad heredes de
quibus mẽtio facta ñ ẽ ar.ff.locati.l.ſi uno ĩ p̃ncipio
⁊ de iureiu.l.ſed ⁊ ſi poſſeſſori.§.ſed ⁊ ſi rerũ.quod
ẽt ſapiũt v̾ba ꝯpromiſi.dũ ꝓmiſi ꝯpromittẽ ⁊c̃. Si

enim intellixisset aliquo casu ꝺ heredibus retulissent
ad eos uerba qꝛ cū compꝛomissū factū per me expi
rat moꝛte aliud post ꝑ me fieri ñ possit ſꝫ fieret ꝑ he
redes meos quoꝝ factū re uera ē diuersuꝫ a meo. C.
de rebus credi. l. generaliter circa pꝛin. lꝫ fingatur ea
dē ꝑsona mecū in auč. de iuriur. a mo. pꝛestito post
pꝛin. Et aliud ē ꝯpꝛomissum factū ꝑ me. aliud factū
ꝑ heredes meos sicut uidimus ī usufruc. Et ideo si
uolui ꝯpꝛehēdere heredes ñ debui de me tantū face
re mentōem sed ēt pꝛo eis pꝛo quo bonus tex. ff. de
uerb. ob. l. stipulatio ista. §. siquis ita stipulatus. cuꝫ
agaꝶ de ꝯpꝛomisso fiendo eo tēpoꝛe quo bona uł iu
ra sup̄ quibus fiendū ē nō erunt mea ſꝫ heredū ad
hoc. ff. de iure do. l. si ego. §. si res. nō ergo sensisse
uideoꝛ ꝙ heredes haberēt ꝯpꝛomittere si ꝓmisi me
ꝯpꝛomissurum ēt si pluries uel totiens quotiens ⁊c.
qꝛ uerba non patiunꝶ ex quo tantū ad me referunꝶ.
¶ Et ex his respondeꝶ siquis uellet dicere ꝙ ī casu
nostro uideaꝶ actū de heredibus propter illa uerba
donec ⁊ quousqꝫ dicte coꝛuꝫ lites decise non fuerint
⁊c. ⁊ postꝙ̄ finitum fuerit dictū ꝯpꝛomissum. Nā oīa
ista uerba possunt itelligi ⁊ restringi ad casus possibi
les ꝯtingere in uita dictoꝛum ꝯpꝛomittentiū in quibꝰ
cōpꝛomissum expiraret qui possunt eē plures ut sup̄
dixi. Non ergo dꝫ extendi ad casum quo finiaꝶ moꝛ
te ut sic cōpꝛehēdant heredes. tum qꝛ natura uerbo
rū hoc non patiꝶ. tum qꝛ subiecta materia hoc nō re
quirit. tum qꝛ ꝯpꝛomissio p̄fata ē stricti iuris. l. quicquid
restringēde. ff. de uer. ob. tum qꝛ in ꝯpꝛomisso iaꝫ fa
cto inter eos erat appositus terminus triū mensiuꝫ:
unde magis uideaꝶ habuisse respectū ad expiratōeꝫ
que ꝯtingeret ꝓpter lapsum dicti termini ⁊ ñ ad illā
que per moꝛtē de qua in dubio nō uideaꝶ cogitasse
qꝛ casum aduersāqꝫ foꝛtunam ⁊c. l. inter stipulanteꝫ
§. sacrā. ff. de uerb. ob. Et qꝛ a pꝛimoꝛdio tituli po
sterioꝛ foꝛmaꝶ euentus. C. de īponē. lucr. de le. i. li. x.
⁊ talia sunt subiecta qualia p̄dicata demonstrāt de ui
no tritico ⁊ oleo lega. l. fi. §. cui dulcia. ⁊ uerba gene
ralia ꝑ pꝛecedētia spālia restringunꝶ. C. fa. hē. l. quo
tiens. dicendū ē uerba generalia dicte ꝓmissiōis de
bere restringi ad cāus qui ꝯpꝛehēdunꝶ seu colligunꝶ
ex ꝯpꝛomisso pꝛecedēte ut ad sibi siles. s. possibiles cō
tingere utroqꝫ uiuēte nō ad dissimilē ⁊ existētē tam
contra naturā subiecte materie ꝙ̄ uerboꝛum impoꝛ
tantiam. ⁊ hoc de pꝛīo quesito ¶ Circa secūdū pꝛe
suppositis pꝛo ueris hic que supꝛa scripta sunt. clara
ē risio ꝙ dictus leonardus pōt dictos denarios per
mutare: ⁊ pagas inde recipe: ex quo dictuꝫ cōpꝛomis
sum expirauit. ⁊ neutra pars pōt in uita cogi ad ite
rū cōpꝛomittēdum ꝑ iam dicta. qꝛ ꝯditio apposita ī
dicto credito montis dꝫ intelligi dummō laudari pos
sit: ut qꝛ durat ꝯpꝛomissum uel spes de ipso faciēdo:
quoꝝ neutrū hic cēt: si supꝛadicta ꝓcederēt ergo ⁊c.
ar. ad hoc. ff. de ꝯdi. ob cau. l. ꝙ suus cū ibi nō. facit
l. iiij. §. totiēs. ff. de dam. infec. in rōne sui. Pꝛeterea
posito ꝙ p̄dicta cessarēt ⁊ ꝙ dictus leonardus posſꝫ
cogi ad iteꝝ compꝛomittēdum ꝑ heredes dicti silue
stri. Tamē adhuc dico ꝙ ꝯpꝛomissū expirauit si trā
siuit tantum tēpus ꝙ dicti heredes potuerūt petere
iteꝝ ꝯpꝛomitti. ⁊ sciuerūt se posse ⁊ non fecerūt: pꝛefa
tus leonardus pōt alienare dictum creditū ⁊ pagas
recipere dictis heredibus adhuc tacētibus ⁊ nō petē
tibus ne sit in ipsoꝝ heredū ptāte calūniose tenere di
ctum leonardū semꝑ in suspēso. ⁊ nūꝙ̄ possit uti iuꝛ
suo. ar. ad hoc. ff. de iuris. om. iu. l. si idē cum eodeꝫ

post pꝛin. ibi ne in potestate cum ꝯeoꝛ. ibi allega. cuꝫ
constet stare ꝑ dictos heredes quo minus dicti consu
les arbitrari possunt qꝛ possunt petere ī illos cōpꝛo
mitti ⁊ nō petunt. ꝑinde ac si dictis heredibus īpedi
reꝶ arbitratio. ff. de ꝯtrah. em. empti. l. labeo scribit si
mihi bibliotecam ⁊ ꝑ ꝯsequēs dictis creditoꝛis re
manet libeꝝ aduersus sniam uel post poꝛrectam sup
plicationē interdū ut impediaꝶ executio pꝛius tamē
ꝙ̄ sit petita uł poꝛrecta non impediꝶ licꝫ adsit ptās
petēdi ut patet in auč. que supplicatio. C. ꝺ pꝛeci. im
pera. offe. ⁊ in. c. suscitata ꝺ resti. in inte. Solum eiꝫ
in appellatione reꝑitur ꝙ durante tēpoꝛe quo fieri
pōt impediꝶ executio sicut postꝙ̄ facta ē. ff. nil noua.
ꝑ centenario in āno. Et ita promisit dictus aluisius
scꝫ. xvi. ꝑ cētenario ad rōnem. iiij. denariorum pro
libra in mense. secundum ꝙ p̄uilegium concedit ut
mutuare possit usure tātum ascenderent ad rōnem.
xx. pro centenario in anno unde ebreus fecit sibi bo
num forum qui de. xvi. pro centenario conuenit pro
ut in libro dicti ebrei continet. Et pignora dedit pro
isto mutuo aliqua pignora argētea i. M. cccc. xxi. fa
cta rōne cum dicto ebreo ⁊ soluta certe pecunie quāti
tate. s. centum. xxv. quantitas ꝓ sorte ⁊ usuris dicto
rum duorum ānorum remansit debitor pro sorte in
ducatis centum sexaginta quinqꝫ. Et ebreus aliqua
ex dictis pignoribus restituit. Alia uero apud dictum
ebreuꝫ remāserunt. Et postea mlti āni preterierūt. s.
āni. xvi. a dc̄o. M cccc. xxi. usqꝫ ad. M. cccc. xxxvij.
quib9. xvi. ānis nihil pro usuris dictorum centū. lxv.
solutum fuit mō ebreus petit usuras dictorum. xvi.
ānorum que ad rōnem. xvi. pro centenario ascendūt
ad ducatos quingētos. xxxiiij. Querit utrum eas pe
tere possit attento ꝙ de promissione dictarum usura
rum aliter non apparet nisi prout reperit scriptum
in libro ebrei scꝫ ꝙ aloisius promisit. xvi. ꝑ centena
rio. Et attento p̄uilegio dicto abraham concesso in
ea pte ubi dicit ꝙ si ꝙ̄titas mutuata sub pignoribus
argenteis trāscenderit summā. xxv. libr. ꝙ̄tacūqꝫ fue
rit possit recipere pro usuris ad rōnem. iiij. denario
rum pro libra in mense. Et post ānum debeat obser
uari in pignorum uenditione certa solēnitas quibus
seruātis post ānū pignora sint ebrei. Et in liberaꝫ ptā
tem eius trāseāt ⁊c̄. cum igit transiuerit dictus ānus
imo. xvi. ut dixi Aloisius nollet uel heres eius aliqd
soluere nec sortem nec usuras: sed quod post dictum
ānum de dictis pignoribus uideat ebreus sibi satisfe
cisse mō querit quid iuris. Et certe si pignora que
iudeo remanserunt fuerunt uendita. Et idem si cepit
insolutum ⁊ non sufficiunt ad ueram sortem centum
lxv. quatenus deficit usqꝫ ad illam. Et usuras eius
uidet ꝙ etie pro istis. xvi. ānis petere possit q̄ non
nocꝫ creditori si pignora non sufficientia uel idonea
suscepit sed adhuc ꝙ̄titatem in quā pignus non suffi
cit petere potest. ff. de distra. pigno. l. quod pignori
bus si cer. pe. l. creditorem. C. eo. si pro mutua cum
si. Sed de usuris totius sortis centum. lxv. dictorum
xvi. ānorum ē dubium. Si pignora non fuerint uen
dita licꝫ ebreus uendere potuerit ⁊ ꝙ ebreus illas pe
tere possit facit nam ex tenore p̄uilegij pꝫ ꝙ statur li
bris eoruꝫ. In libro autē ꝯtinet ꝙ aluisius promisit
⁊c̄. quod debet intelligi per stipulationem. l. ticia. §.
idem respondit de uer. ob. ⁊ sic subesse uidet uinculū
stipulationis sine qua usure ex contractu stricti iur. ñ
possent peti. l. i. ⁊. l. iij. C. de usuris. l. i. C. de ꝯdi. in
de. cum si. Sed ⁊ si nulla ꝯuentio usurarum interue
nisset usure consuete ⁊ cōcesse peti possent q̄ ꝓmisse
censerent. l. ꝙ si nolit. §. qui assidua de edi. edic. l. si
prius in. §. recte de aqua plu. arcē. Nec obstare uide
tur ꝙ post quinquēnium a. M. cccc. xx. fenerandi fa
cultas concessa non est. Nam aliud ē de nouo fenera
re ꝙ post quinquennium non licet ⁊ aliud est fenus
mutui facti infra quinquēnium exigere quod licet ēt
post

post quinquēnium ad hoc. ff. de nego. ge. l. nā ⁊ ser
uus. §. si uiuo. in fi. Priuilegium aūt in fi. post dictū
quinquēniū quo durat facultas funerādi prefigit sex
menses quibus ebrei necessitant̄ expectare uolentes
luere pignora. ⁊ īter dictos sex mēses illa nō possūnt
uēdere uel sibi iure dn̄ij uēdicare. ⁊ sic non obstat in
tentioni ebrei ut post sex menses non possit usuras
petere. Queritur consiliū pro parte dicti aloisij.

.ccxiij.

In christi nomine amen.

Si dicta pignora fuerunt uendita per iudeum usqꝫ
ad quantitatem redactam ex uēditōe fuit extīcta oīs
obligatio sortis cū in eā cōputetur iuxta ea que habē
tur ⁊ notant̄ per ci. in. l. i. ⁊. ij. C. de pigno. acti. i ꝙ̄
titate redacta ex uenditōe fructuū rerū obligatarum
qui sunt obligati sicut res ex quibus percepti sunt. ff.
in quibus cāis pignus tacite contrahitur. l. in prediis
C. e. ti. ꝙ̄uis. ⁊ per cōsequēs usqꝫ ad dictā quātitatē
desierūt currere usur̄. C. de usuris. l. acceptā. ubi p⁹
obligationū depositionē ⁊ cōsignatōēꝫ sortis que ha
bēt ui solutōis. C. de solu. l. obsignatōe desinūt usur̄
currere fortius p⁹ uerā solutionē seu cōpensationem
que uim solutionis hꝫ. ff. qui po. in pig. ha. l. si debi
tor. Idem ur̄ dicendū si non uendidit ex die qua uē
dere potuit. s. post lapsuꝫ āni qm̄ ex tunc effecta erāt
sua uirtute conuētōis predicte. ⁊ sic cū uideātur inso
lutum data fuit obligatio sortis extincta ⁊ cōuersa in
preciū ⁊ cōpensatōēꝫ. l. elegāter. ff. de pigno. ac. Nec
ob. si dicatur ꝙ istud ē uerum seruata solēnitate cer
ta que hic non fuit seruata q2 illa solēnitas requirit̄ i
fauorē debitoris. sed si expedit debitori ꝙ ēt ea non
seruata dicta pignora ītelligant̄ fuisse iudei ex die q⁹
potuit uendere ne de cetero currāt usure non ē curā
dum ꝙ non fuerit seruata sicut in fi. nō. in. l. elegan
ter. ff. de dolo quādo dolus dedit cām contractui bo
nefidei q2 ꝯctus ē null⁹ in fauorē dolū passi ut possit
reuocare si uult sꝫ si n̄ uult ualet. bn̄facit. l. ij. ff. de le
ge cōmis. de in diē adiec. l. sabinus. de pigno. acti. l.
ꝙ̄uis. in prin. in rōe sui. Et si dicat̄ imo lex illa quā
uis facit in ꝯtriū q2 uult ꝙ licꝫ fuerit actum ꝙ creditor
possit uēdere pignus tamē si nō uult uēdere non te
netur. Respondetur ꝙ hic dicitur alit̄. s. ꝙ pignora
sint ipsius iudei lapso anno ⁊ seruata solennitate
certa de qua solennitate si nihil dixisset lapso anno
statim fuissent effecta sua quia semel sic uoluit ⁊ sic
debitor postea nō audiretur inuito iudeo si uellꝫ pi
gnora sibi restitui ita nec econuerso deberet audiri iu
deus inuito debitore si diceret nolo ꝙ fuerint effecta
mea nec ꝙ obligatio sortis fuerit extincta sed uolo ti
bi restituere ⁊ ꝙ mihi restituas sortem ⁊ usuras que
iteri cucurrerint ⁊ hoc p. l. iij. ꝗ īcipit. p̄terea in fi. ff.
mandati. ⁊ per rōem q2 non dꝫ quis audiri postulās
id cuius contrarium non ē postulaturus. C. de solu.
l. pe. ff. de peti. heredi. si ⁊ rem ⁊ precium. ⁊ sic iude⁹
non possꝫ post lapsum anni renunciare dicto pacto
licꝫ uideatur fuisse appositum sui fauore si erat cāus
quo possꝫ concernere fauorem debitoris prout ē in
casu nostro inuito debitore. ar. ff. de pac. l. si cum fū
dum. Sed posito ꝙ possꝫ uendere bene possꝫ renū
ciare quādocūqꝫ quia fauore creditoris duntaxat cē
setur fuisse appositum cum requiratur factū ipi⁹ cre
ditoris in uendēdo qđ īpendere nō tenet̄ si n̄ uult
Nam ⁊ si nondum uendidit debitor offerendo sortē
posset petere sibi restitui. Solēnitas autem que ex
forma pactorum colligit̄ solius debitoris fauorem re
spicit cui potest renunciare ut ⁊ si sua interest ꝙ intel
ligant̄ pignora facta iudei etiam ea non seruata effe
cta sua sunt ne qđ eius fauore ⁊c̄. ut in iuribus uul
garibus. C. de rei. ux. act. §. accedit in fi. ff. loca. l. ca
lege in prin. Et si dicat̄ ēt hic fuit conuentum ꝙ
iudeus post certum tempus posset uendere. et sic
sumus in terminis legis predicte ꝙ̄uis. Respondet̄
ꝙ illud fuit dictum in ꝯsequētiā dn̄ij quesiti de quo
prius dictum fuerat qđ quidē foret ēt si dictū n̄ fuissꝫ
cuꝫ dn̄s effectus facere possit de re quicquid uult. ff.
de pac. l. penul. Et sic ē perinde ac si n̄ fuissꝫ exp̄sse
dictum cum exp̄ssio eoꝝ que tacite insunt nihil opet̄.
C. de fideius. non recte. ff. de le. i. l. iij. In. l. uero ꝙ̄
uis de pigno. act. nō fuit actum ꝙ dn̄ium pigno. ac
quereret̄ creditori sꝫ solū ꝙ possꝫ post certum temp⁹
uendere si pecunia n̄ fuerit soluta quo casu subintelli
git̄ conditio scꝫ si uoluerit n̄ alit̄ q2 sui tātum fauore
cēset̄ tale pactū appositū ut ibi pꝫ qđ ēt signat uerbū
possit quod affirmatiue prolatum in dispōnibus iter
uiuos nō importat necessitatē. ff. de offi. p̄si. l. sepe ꝺ
iudi. quicquid ⁊ nō. per bar. in. l. gallus in prin. ff. ꝺ
libe. ⁊ posthu. Sed pactuꝫ ꝙ trāsacto certo tempore
pignora sint creditoris non continet dictum uerbum
possit ⁊ sic ē p̄sum nec subintelligit̄ dicta conditio si
uoluerit cum non expectet̄ aliud factum suū sicut ex
pectat̄ impotentia uendendi. Et constat ip̄m iudeū
semel hoc uoluisse tēpore ꝯuētionis. Et sic ulterior
uoluntas non expectat̄ ar. ff. ꝺ aqua plu. ar. l. in diē
cum ibi nō. Prefatum ergo pactum censet̄ gr̄a utri
usqꝫ. s. iudei si pign⁹ plus ualet ꝙ̄ sors ⁊ usure ⁊ gr̄a
debitoris si minus ualet q2 tunc presumit̄ ip̄m non
debere pignus luere. l. qui habebāt. ff. de le. iij. ⁊ ibi
nō. Et sic habere ipsum pro derelicto apud credito
rem. Et interest sua ꝙ cedat insolutum ne ulterius
currāt usure. unde in preiudicium eius iudeus non
potest huic pacto renunciare sicut nec econuerso ut
dictum est. Nunc est uidendum de eo quod est ul
tra precium redactum ex uenditione pignorum. Po
namus enim ꝙ pignora ualebāt centuꝫ. xxv. tempo
re facti saldi. Et ꝙ tantum fuit redactum ex eis sed
debitum sortis ascendebat post factum saldum ad cē
tum. lxv. ut dicit̄ de quib⁹ deductis. c. xxv. remāserūt
xl. pro sorte que a. xvi. ānis citra non fuerunt soluta
nec petita utrum possint nunc peti cum usuris currē
tibus a dicto tempore citra. Et ꝙ̄tum ad sortem scꝫ
dicta. xl. uidet̄ clarum ꝙ iudeus possit ea petere per
certi conditionem ex mutuo quia sibi non preiudica
uit retinendo pignora minoris ualoris tempore sal
di ⁊ restituendo reliqua pignora sic̄ si ab ip̄o princi
pio sic accepisset. ff. si cer. pe. l. creditor qui non ido
neum cum cōcor. De usuris uero est magis dubium
quia pro illis nulla competit actio ⁊ cum nulla fuerat
orta obligatio ciuilis uel nālis oī iure tam diuino
ꝙ̄ humano tam canonico ꝙ̄ ciuili. ff. de ꝯdi. indebi.
si non sortem in prin. iūctis his que notant̄ per glo
sas ⁊ doc. in. l. i. C. ꝺ suma tri. Et in auē. ad hec. C.
de usuris. Nec dicta cōuentio facta cum cōitate que
habet uim legis uel statuti. ff. de publicanis. l. cesar.
C. de dona. inter ui. l. dōationes. potuit hoc induceȓ
sicut si per uiam statuti fuisset hoc factum quia non
ualeret imo facientes essent excōicati ut in. cle. i. de
usuris licet pignora possent retineri uirtute dicte con
uētōis que facili⁹ potuit iducē retētiōꝫ ⁊ exceptōēꝫ ꝙ̄
ꝯcedē actōꝫ ar. ff. de pac. l. iurisgē. §. igit̄ nuda ⁊. l.

Rptū. §. fi. iūcta. l. fi. C. p quas pso. nō. acqui. ¶ Sʒ
in cōtrariū facit qꝛ secundum hoc dicta ꝯuētio fuisset
ludibriosa ⁊ nullius ualoris. ¶ Et sic dicti iudei rema
nerēt decepti ex eis quod nō psumit uoluisse cōitas ar.
C. de pac. l. siquis in cōscribendo circa medium. Si
enim non potuit facere ut pro usuris soluendis na
sceret obligatio ⁊ actio. Similit non potuit facere ut
p eis possent pignora retineri qꝛ si psona debitoris
non ē obligata silr nec eis res date pignori sunt obli
gate cum hipotecaria que est accessoria sine principa
li nō possit a pri. ꝯhi. lʒ ex postfacto possit remanere.
C. de luitōe pigno. l. itelligere. Et qd nō. i. l. si heres
pecuniam. ff. ad trebel. cum ergo dicta conuētio det
facultatem dictis iudeis prestandi ad usuras tā sup
pignoribus q̄ sup instris sine pignore uidet uoluisse
ꝯcedere tā retētōʒ pignorū q̄ ēt actōʒ ar. ff. d acqui.
re. do. l. statuas. Et posito q stricto iure nō potuerit
hoc facere tamē uidet uoluisse q de facto fuet ⁊ q d
hoc nō possit i iudicio opponi. Et sic tātum erit q̄tū
esset si de iure ualeret. ff. de manu. testa. qui habebat
in fi. i tex. ⁊ gl. extra de excep. cuʒ ecclesiastice ⁊ quod
nō. gl. ff. si cer. pe. lecta que icipit. infra mēseʒ ⁊ bar.
C. de transac. ubi pactū i penul. col. de iudi. pperan
dū in prin. Parum eniʒ fuisset dictis iudeis potuisse
mutuare ad usuras si eas p uiā agēdi nec p uiā exci
piēdi ul retinēdi possent ꝯsequi sicut in fi. dicit. ff. de
origine iuris. l. ij. §. post originē. ¶ Breuit dici pōt q
cū dicta ꝯuētio pter omnē dispōneʒ iuris imo ꝯ om
nem ut supra dixi tolleret ppt hominum necessita
tes ⁊ sic de facto potius q̄ de iure sit restringēda ut
q̄to minus possit ius offēdat. Et sic quatenus imi
net necessitas pur q aliquid opet ⁊ nō sit supflua ob
fuet ar. ff. de leg. l. qd ꝯ de regu. iur. que pp necessi
tateʒ de offi. psi. l. senatus de iudi. sed ⁊ si restituat
§. sed ⁊ si dies. C. de inoffi. tes. l. si quādo i prin. cuʒ
mult similibus. Hoc aūt fiet si dicamus q p uiā tātum
retentōis pignoris possint eas ꝯsequi qn̄ data sunt pi
gnora ⁊ per uiam exceptōis si nō sunt data ⁊ usure
fuerint sponte solute. Et sic nō cogant eas restituere
nec pignora nisi eis soluat quod tamen de iure cōi nō
ē imo possent compelli ad restituēdū tā usuras q̄ pi
gnora sine solutōe usurar. c. post miserabilē extra de
usuris. Et sic dicta ꝯuentio nō erit iudeis inutilis cū
dictis casibus opet satis. ¶ Potuit autem cōitas de
negari facere audiētiā uolentibus iudeos molestare
⁊ repetere usuras solutas uel pignora. Et tollere suis
iudicibus iurisdictionem uel eius exercitiū iuxta nō.
in auē. statuimus. C. de epis. ⁊ cle. per bal. Et iuxta
illud meum nō tuū tibi denego. auxilium ut nō. i. l.
assiduis. C. qui poti. in pig. ha. Unde nō tolleret sub
ditis auxilium qd haberēt aliunde puta i curia eccla
stica maxime romana si dictos iudeos ibi repirēt sed
magrātus ipius cōitat hūt iurisdictionē ab ipa cōitate
q̄ cōitas sine iniuria cuiuscunqʒ pōt eis auferre uel
exercitium suspendere uel tollere. Non sic potest cōi
tas suis magrātibus dare iurisdictōʒ i reddēdo ius iu
deis usuras petētibus cū illā de iur nō possint hre: ⁊ sic
nec cōitas pōt eis dare sine iniuria subiectorum etiā
ꝯsentiētium: qꝛ non possunt in hoc consentire cū ēt
si uelint nō possint se ad usuras obligar sine iuramto
c. debitores ⁊ c. ad nram de iureiur. Caueāt ergo iu
dei q ul mutuēt cū bōis pignoribus ul talibus pso. de q
bus ꝯfidāt q spōte soluāt nec sperāt posse ꝯsequi iusti
tiā sup usuris soluēdis uirtute dicte ꝯuētōis que nec
istud ꝯtinʒ expsse nec sic debet intpretari ut ꝯuincat

idquod de iure facere non potuit cōitas. ar. l. si pr.
ff. que in frau. cre. l. q̄ q̄. de ritu nup. l. siquis sub cō
ditione. ff. de condi. insti. cū ibi nō. per bar. de ope.
liber. l. hee demū. ⁊ nō. in. c. i. de cōsti. li. vi. in nouel
la. super uerbo noscūtur de imuni. eccle. cos. e. libro
Postq̄ talis cōuentio nō ē ei penitus iutilis sʒ aliqd
pōt operari quod sine ea non possent hre ut supra
ostēsum ē. ⁊ hec quātū ad usuras. Quātū uero ad sor
tē que restat soluenda ur q sicut pignora ēt si multo
plus ualeāt transacto tpe sint ipsius iudei quod tn a
iure iprobatū ē. C. de pac. pi. l. fi. ita si minus ualeāt
damnū sit ipsius. ⁊ sic non habeat locū illa lex creditor
ff. si cer. pe. per titulū q quisqʒ iur. ⁊ ut ꝯtrioruʒ eadē
sit disciplina. l. ⁊ si cōtra. ff. de uul. ⁊ pu.

¶ Maior cū auēte tutor ul curator faciēdo actū q nō
pōt fieri citra ius ⁊ nomē heredis ita ur hereditatem
adire sicut maiores per se ipos. Et si in iudiciū dedu
cta sit una cā puta depositi ⁊ pbatuʒ sit i alia an pos
sit sequi snia. Et si deducta ē cā depositi ⁊ simplr p
bata sit traditio an pbata sit cā depositi an mutui.
⁊ in dubio q potius presumat an mutuū an depositū
Itē iudex an possit precise cōpellere ptes ad litē con
testandū ⁊ si pronūciauerit q lis habeatur pro cōte
stata si reus noluerit contestari an a tali snia possit
appellari.

.ccxiiij.

¶ In christi nomine amen.

In cā que uertit i curia dñi ptātis ciuitat castelli iter
thomā ⁊ antoniū frēs ⁊ filios condā ⁊ heredes dñici
ꝙdam mathei de dicta ciuitate agēt ⁊ petent ex pte
una: ⁊ iohānē angeli uānis reū ex parte altera sup
sūma florenor. xxviij. depositor per dictū dñicū pa
trē dictor agētiū penes dictū iohāneʒ ⁊ nō restituto
rū ut asseritur sup eo quod q̄ritur a me paulo de ca
stro utriusqʒ iur doctore cui dicta cā cōmissa fuit ꝯsu
lenda de consensu partiū per dnm collateralē prefa
ti dñi ptātis. s. que sint uel eē debeāt ptes eius in p
nūciādo pro dict actoribus. Et in ꝯdēnando dictuʒ
Iohānē i dicta quātitate. xxviij. florenor petita una
cū expēsis legitie fact. ⁊ hoc iō qꝛ per duos testes vʒ
floridū ⁊ nofriū sat probauerūt eor itentionē vʒ q
dictus iohānes habuit dictā quātitatē a dicto dñico
⁊ per partē aduersā nō ē pbatū q fuerit restituta nec
aliquid aliud per quod debeat absolui ergo ⁊c. C. d
pba. l. siue possidet. ¶ Nec obstāt allegata in ꝯtrariū
⁊ primo dū dr q non cōstat dictos agētes factos he
redes pris eor. s. dicti dñici qꝛ cū ex act appareat q
ipsi sunt miores. xxv an. ⁊ sic nō potuerūt se imiscer
sine ꝯsēsu ⁊ auctoritate curatoris. l. potuit. cū ibi nō.
C. de iure deli. Et q hoc fecerit non apparet ex ac
tis. unde ur q debeāt succūbere cū non doceāt se eē
tales quales se appellāt. s. heredes dicti dñici tn tāq̄
heredes eius agāt. ar. C. qui accu. nō pos. l. nō igno
rat. sed ad hoc respōdetur q cū ipsi agāt ut heredes
dñici cū ꝯsensu ⁊ auctoritate curatoris uidētur ex hoc
adire qꝛ cū iste actus non possit fieri citra ius ⁊ nom
heredis sic si eēnt maiores. xxv. an. agēdo p seipos
uiderent adire ul se imiscere. l. p hēde ⁊ l. gerit. ff. d
acqui. heredi. cū ibi plene nō. ita ⁊ nunc agēdo cum
auctoritate ⁊ ꝯsensu curatoris. Nā qui uult unū cen
set uelle aliud sine quo illud uelle nō pōt. l. illud. e. ti.
C. de fideicō. l. q̄uis cū ibi nō. per bar. Sed iste cura
tor uoluit pstare auētem pdict in agēdo hereditario

nomine ergo etiam in hoc ꝙ efficerentur heredes si
ne quo agere non possent uel inutiliter agerēt. Prete
rea dicta obiectio tollit̃ clare per rn̄sionē iohānis fa
ctam ad articulum. xi. dictoꝝ actoꝝ i quo ponūtur
se eē heredes pr̄is. ꝛ ipse rn̄dit per uerbū credit sed
hoc eē non possꝫ nisi cū oi debita solēnitate se imiscu
issent ergo ꝛc̄. ¶ Itē non obstat aliud quod in ꝯriū
allegatur vꝫ ꝙ hic fuit itentata cā depositi ꝛ tamen
non fuit probata nisi per unū testē. s. nofriū. Naꝫ flo
rid⁹ dixit se ignorare ex qua cā tradidit. ꝛ sic uĩ ꝙ d
beāt succūbere qꝛ qn̄ intētatur una cā debiti si illa n̄
debet̃ posito ꝙ probaretur alia ꝛ sic constaret iudici
reū eē debitorē tamē dꝫ eum absoluere qꝛ nō cōstat
eū eē debitorem ex cā in iudiciū deducta ꝛ super qua
lis ꝯtestata ē ꝛ sic noua iterpellatōe opus ē. l. nō po
test uideri. ff. de iudi. ita pꝫ expresse per nō. p Inn.
in. c. i. de lit. cōte. Et nō. in addi. spe. ti. de actōe seu
petitione. §. sequitur uidere. facit quod nō. guil. de
cu. in. l. de quibus. ff. de legi. in. viij. colū. ꝛ. l. habe
bat. ff. de insti. in prin. Nam rn̄detur ꝙ imo dicta cā
depositi ē probata. s. per dictū nofriū uere ꝛ per flori
dum p̄sumptiue quod tantūdeꝫ ualet in testibus. iux
ta plene no. per bar. in. l. i. ff. si cer. pe. nam s̄m qd
dicit glo. prudenter allegata per aduocatum actoꝝ
scꝫ in. l. cū quid. in fi. magne glo. e. ti. si cer. pe. talis
traditio nō presumitur facta ex cā donationis sed ex
cā depositi uel mutui. Quod aūt istorum potius pre
sumatur bal. post. ci. C. e. ti. l. incēdium determinat
ꝙ depositum qꝛ utilius ē agenti habere actionē depo
siti que ē bonefidei q̄ꝫ mutui que ē stricti iur. Dic̄ tn̄
ꝙ istud depositum hꝫ irregularem naturam deposi
ti postq̄ꝫ tradita fuit numerata ꝛ sic quantitas qꝛ cē
setur translatum dn̄ium. ꝛ data licētia utendi ꝛ actū
censetur ꝙ restituatur tantūdem non autem cadeꝫ
corpora nūmorum que omnia sunt contra naturaꝫ
depositi regularis tamen depositum erit. l. luci⁹. ꝛ. l.
die sponsaliorum. ꝛ. l. publia. §. lucius. ff. depositi. ꝛ
hoc ēt uoluit aduocatus actoris licꝫ bal. in dicto loco
nō alleger. ꝛ ibi hoc determinat quicquid dicat in di
cta. l. cum quid. ¶ Item non obstat ꝙ ultimo loco
allegatur. s. ꝙ in hac causa non reperitur in actis fa
cta contestatio qꝛ iohānes rn̄det libello non animo
contestādi quo cāu contestatio non fit s̄m doc. ꝛ ma
xime per bar. in. l. i. C. de lit. cōte. Sꝫ ad hoc potest
rn̄deri ꝙ iudex precepit ut litem contestarent̃ anteq̄ꝫ
inde discederēt. Al's uoluit ꝙ haberetur pro cōtestata
Et si dicat̃ iudex non pōt nolentem contestari com
pellere precise ad contestandū sꝫ dꝫ contra eū ꝓcede
re ad missionē ex primo decreto ut no. glo. ꝛ bar. p⁹
eam in auc̄. qui semel. qn̄o ꝛ quando iu. ꝛ in. d. l. i.
C. de lit. cōte. Rn̄detur ꝙ posito ꝙ illud eēt uerum
quod tamē non ē qꝛ ē contra casum in. l. i. §. quid
ergo. ff. de uen. inspi. ubi expresse habetur ꝙ iudex
pōt quē precise cogere ad rn̄dendū ꝛ miror ꝙ bar.
sequatur illā glo. auc̄. qui sel'. Attn̄ postq̄ꝫ iudex dixit
al's habere litem pro contestata talis interlocutoria
fecit ius. et transiuit in rem iudicatam postq̄ꝫ non
fuit appellatum ꝛ sic habetur perinde ac si contesta
ta eēt sicut cum pronunciat se iudicem competentem
licet non sit dummodo iurisdictionem aliquam ha
beat ut nō. Inno. in. c. super litteris. de rescrip. sup
uerbo forsitan al's eēt in potestate partis facer̃ ꝙ nū
q̄ꝫ feratur sententia diffinitiua ꝛ eluderet actorē ꝙ n̄
ē consentiendum. ar. ff. de iurisdi. om. iu. si ideꝫ cuꝫ
eodem post prin. ibi ne i ptāte ꝛc̄. Quid enim si reus
nulla habet bona in loco in quibus possit fieri missio
ꝛ tamen interest sua habere sniam p quā declaret̃ d
bitum ut si postea acquirat bona ꝑueniat ad suum
certe prouidendum ei est ut possit p̄ase iudex cogere
uel ꝓnūciare habere ꝓ ꝯtestata sic̄ ꝓnūciat haberi ꝓ
ꝯfesso denegātē respondere positionibus. l. ij. §. qd
si actor. C. de iur. calūp. ꝛ in. c. i. de ꝯfessis li. vi. quā
do ē pn̄s. et iussus ē respondere ut hic fuit ꝓ hoc qꝛ
qn̄ stat p reum quominus ꝯtestatio fiat habet̃ lis ꝓ
ꝯtestata quo ad alios effectus scꝫ ut actio ꝑpetuet̃ ꝛ
fiat trāsitoria ad heredes. l. cum qui. §. qui iniuriarū
in fi. ff. siquis cauti. et nō. per bar. in. l. i. ff. de p̄ua.
deli. Concludo litē haberi ꝓ ꝯtestata i casu isto post
q̄ꝫ stetit per reum ꝛ ip̄e presens fuit iussus. Et iudex
ita ꝓnunciauit. nā ēt interlocutoria trāsit i rē iudicatā
c. dilecti in fi. de elec. de accusa. cum dilecti. ¶ Ex qui
bus omnibus que sat̃ sufficere puto in hac causa sat̃
iudicio meo clara ꝛ equa: ꝓpter qd multum me ulte
rius non extendo qꝛ non expedit: Concludo ut in
principio dixi pro dict̃ actoribus. Laus Deo.

¶ Proximus pubertati si iurat sup ꝯctu an cogat̃
suare iuramētū sic̄ pubes. ¶ Et si n̄ tenet̃ suare qua
actione repetet rem traditā. Iteꝫ si pupillus ꝑmuta
uit rem ꝓpriā cū re emphiteotica alteri⁹ ꝛ ꝑmutatio
sit nulla ꝛ a tp̄e ꝑmutationis facte pupillus nō solue
rit cāoneꝫ an res icidat i ꝯmissū ad dānū ip̄i⁹ pupilli.

.ccxv.

In christi nomine amen.

Si non interesset iuramentum istius impuberis in
hac ꝑmutatione nō esset dubiuꝫ ꝙ ip̄e posset uenire
ꝯ ꝛ retractare eā qꝛ ē nulla licet emphiteotica uel cē
sualis prout ē casus. C. de p̄diis mi. l. n̄ solū in v.
ꝑmutationis iūcta. l. iij. §. si ius habeat pupillus. ff.
de rebus eorum qꝛ p̄dia minoꝝ rustica uel urbana n̄
possunt alienari nisi ex necessaria causa eris alieni ꝛ
cum decreto ēt si subesset alia cā utilitat̃. ff. de rebus
eoꝝ. l. magis puto. §. ne passiꝫ. de trāsac. l. cū hi. §.
si pretor alias decreti interpositio ē nulla ut ibi ꝛ. d.
§. si ius uersi. proinde ꝛ. l. q̄ꝫuis fortius si nō allata
fuit causa iusta. C. de p̄di. curi. l. i. li. x. Et qd ibi nō.
bar. Sed hic nec fuit allegata nec suberat nec iudex
de ipsa iquisiuit sed ex abrupto ꝛ sine cause cognitōe
decretum iterposuit ꝛ sic nulliter dicto. §. si p̄tor. Sꝫ
iuramentū p̄stitū ab ip̄o pupillo cū eēt ꝓxim⁹ puber
tati qꝛ excesserat annū. xiij. et sic erat doli capax iux
ta nō. ff. de nouationibus. l. i. uidet̃ obstare qꝛ dicūt
canoniste ꝙ cōpellit̃ ip̄m suare cū n̄ suādo dlinquat
ꝛ sic puniēdus ut i. c. i. de delic. pue. ergo ne incidat
in ꝑiurium debet prohiberi a ueniendo contra sicut
ꝛ pubes prout notauit hosti. in. c. cum ꝯtingat de iu
reiur. cum quo uidet̃ transire Io. and. in nouella ꝛ
archi. in. c. ij. de pac. li. vi. Et uidet̃ casus in. c. ex lr̄is
lo. ij. de spōsa. cū gl. ubi impubes ꝯpellit̃ suare iura
mentum qꝛ erat doli capax secundum glo. ibidem.
Et bar. in auc̄. sacra puberū uĩ tenere dictā opi. licꝫ
n̄ allegat cāonistas de quib⁹ supra dicēs doc. cōit̃ ita
tenē. ¶ Sꝫ certe pe. ꝛ ci. tenēt ibi ꝯriū exp̄sse. Et ēt
gl. accur. ibidē ꝛ i. l. fi. §. fi. ff. de libe. cau. ꝛ ēt gl. colū
bi. i ti. de pace iur. fir. §. sacra ꝛ bal. i. d. auc̄. ꝛ i. l. pa
ctū. C. d colla. post pri dicēs ꝙ lꝫ pupillus ꝑiurādo
delinquat suū tn̄ iuramētum nō habꝫ iudicem defen
sorem quia iuramentū eius caret iudicio. i. discretiōe

perfecti intellectus. Et constat iuramentum debere
habere tres cōites. s. ueritatē iusticiā ꝛ iudiciū. i. dis
cretionē. xxij. q. ij. aīaduertēdū ꝛ nō. gl. in. l. imperia
lis. C. de nup. ¶ Nec obstat ꝙ erat ꝓxim⁹ puberta
ti q2 istud nō tātum operat̄ ꝙ̄tum pfecta pubertas
qd̄ pz q2 si esset pubes obligaret̄ ex suo ꝯctu efficacit̄
s. ꝫ ciuilit̄ ꝛ naturalit̄ lꝫ si eēt lesus haberet restitutōeꝫ
ī itegrū ꝛ ni si ē ꝓximus pubertati non obligaret̄ ꝓ
pterea efficacit̄ sed naturalit̄ tātū iuxta ea que plene
habent̄ i. l. i. ff. de noua. Sꝫ si cōpelleret̄ suare iura
mentum censeret̄ i effectu efficacit̄ obligari. ¶ Nec ēt
obstat ꝙ ex piurio punit̄ q2 tex. i. c. i. de delic. puc.
dicit ꝙ non tātum ꝙ̄tuꝫ si esset pubes ꝛ unū exēplū
ē ꝙ propt̄ iuramentū non repellit̄ a retractōe aliena
tionū bonorum suorum factarum cōtra formā iuris
p dictā auē. sacra que figit sedes ī puberibus ꝛ si uo
luisset idem esse ī ipuberibus ꝓximus pubertatibus
sciuisset hoc dicere. l. i. §. sin aūt ꝺficient. C. ꝺ cadu.
tol. Quātum ad alia coget̄ iuramētū suare. ꝺ. l. fi. §.
fi. cum sua gl. ff. de libe. cau. ¶ Nec ēt obstat ꝙ cum
tutoris auēte poterat efficacit̄. i. ciuilit̄ ꝛ naturalit̄ ob
ligari lꝫ habeat restitutionē sic̄ adultus q2 illud ī his
in quibus pōt auctorari. Sed in alienatiōe bonoruꝫ
īmobilium nō pōt auctorari nisi subsistēte causa de
biti. imo ē eis intdictū ut. l. i. in prin. de rebus corū.
Et sici effectu uidet̄ ꝯcludēdū ꝙ licꝫ ꝙ̄tum ad alia
possit procedere opi. cāonistaꝝ ꝛ quorūdā legistaruꝫ
de qua supra uidelicꝫ ut iuramentum prestitū ab im
pubere doli capace sit suandum. Et ad obsuantiam
eius possit compelli ꝙ̄tum tn̄ ad hoc ut propt̄ ipꝫ re
pellat̄ a retractione alienationū bonorum suoruꝫ fa
ctaruꝫ cōtra formā iuris secus p illā auē. a contrario
sensu ꝛ per glo. que ē in. ꝺ. l. fi. ff. de libe. cau. Et sic
reducent̄ ad concordantiam dicte opi. Et seruabitur
equitas ꝛ uitabit̄ īiquitas q2 pupilli ꝺ facili īducūtur
ad iurādū iō. ꝛc. xxij. q. ij. puuli. ¶ Respōdēdo igit̄
formalit̄ ad primū quesitū dicēdū ē ꝙ dicta pmutatō
fuit nulla nec fuit iuramēto firmata causis ꝛ iurib⁹ de
quibus supra ¶ Super secūdo uero dubio scꝫ que
actio competit huic adulto. Respōdeo ꝙ sine dubio
competit sibi rei uendicatio. l. magis puto. §. penul.
ff. de rebus corum. Sed quia in ea necesse haberet
ꝓbare dn̄ium quod est difficile iuxta nō. i. l. ita ut. si
fur. ff. cōmoda. melius ꝛ utilius ē ꝙ iploret iudi. offi
cium petēdo declarari dictā pmutatōꝫ fore nullam ꝛ
se non teneri ad eius obseruantiam narrando factū
ꝛ etiam causas nullitatis qua declaratione facta ꝯdē
net̄ eadē snīa ad restitutionem illius domus ꝛ offerē
do restitutionem possessionum quam practicam po
nit spe. in ti. de re. ecc. nō alie. in prin. ī tertia pte spe
culi. Et ꝙ possit implorari dictum officium super
dicta declaratione pꝫ ex nō. p Inn. in. c. fi. de offi. iu
di. ꝛ p bar. in. l. que sub cōditione. §. fi. ff. de cōdi. in
sti. ꝛ in. l. i. de ferijs. Et quod possit petere utrūqꝫ in
eodem libello alterum sub cōditione alterius. Et sic
rescindens ꝛ rescissorium iudicium simul cumulari
pꝫ in. l. sine herede. §. interposito. ff. de adminis. tu
to. ꝛ. l. quod tēpore. C. de resti. mili. p ci. facit quod
idem nō. in. l. i. C. de iudi. ꝛ quod nō. glo. in. l. qui
de inofficiosa. ff. de inoffi. testa. ¶ Nec poterit referre
qōnem dn̄ij cum habeat causaꝫ ab agente iuxta no.
per glo. in. l. cum res. C. de proba. ꝛ q2 non fūdabat
actor intentionē suā sup dn̄io sed super dicta cā iuxta
plene no. i. l. si alienā. ff. solu. ma. per bar. ꝛ. d. l. ita.
ut si fur. cōmo. ¶ Super tertio ꝛ ultio quesito dicen
dū ē ꝙ licꝫ dictus olī pupillus nō soluerit debitū ca
nonē a tpe permutatōis facte nō ꝓpterea īcidit res
in cōmissū ad dānuꝫ ipsius. tum ex eo q2 aduersari⁹
eius ꝯtinue soluit ut dicitur in pūcto cuius solutio ꝓ
dest ꝛ profuit huic tunc pupillo. l. lex uectigali. ff. de
pigno. ꝛ ar. in. l. qui fundū. ꝛ. l. nam satis. cū legibus
precedentibus. ff. quēadmodū seruit⁹ amit. tum q2
si ille nō soluissꝫ iste tamē ex quo non erat in posses
sione nō tenebatur soluere nec sibi nocꝫ nō soluisse
ꝓut determinat guil. de cu. ꝛ bal. in. l. solēnibus. C.
de rei uen. facit quod no. bar. in. l. sequitur. §. si uiā
in fi. ff. de usuc. ¶ Laus deo.

¶ Si statutum disponit ꝙ acta ꝛ gesta tpe feriato ꝓ
pter messes sint ipso iure nulla nūquid talibus ferijs
poterit renūciari. Itē nūquid statutū possit ānullare
uires iuramēti. Itē ꝛ nūquid possit facere ꝙ a snīa
arbitrorū possit arbitrari ꝛ peti reductio ad arbitriū
boni uiri. Itē ꝛ quādo iuramentū ligat iurantē ꝯct⁹
tn̄ super quo ē nullus sic disponēte statuto l' iure ciui
li an possit peti absolutio ꝛ sit ꝯcedēda ꝛ si ē concedē
da an requiritur partis citatio. ꝛ iuramentuꝫ de usu
ris soluendis an possit remitti per episcopum.

.ccxvj.

¶ In christi nomine amen.

Circa primū quesitum dubitatio uī ī hoc ꝯsistere ꝙ
cum statutū sub rubrica qui dies sunt iuridici ꝛ qui fe
riati uelit ꝙ acta ꝛ gesta tempore feriato ꝓpter mes
ses sint ipso iure nulla uī uelle ꝙ per cōsequēs ꝙ ta
libus ferijs nō possit renūciari sicut nec ferijs īductis
in reuerētia dei q2 si posset eis renūciari acta ꝛ gesta
cōtra pn̄tem ꝛ sponte litigantē ꝛ nō opponētem ex
ceptionē nō eēnt nulla sed ualerēt. ff. de ferijs. l. i. §.
f. ꝛ. l. si feriatis. de arbi. ꝛ per cōsequēs predicti dies
tanꝙ̄ nō utiles non uident̄ cōputandi ī numero. xl.
dierū utilium quibus compromissuꝫ durat ex forma
statuti. Et sic snīa arbitroruꝫ non uidetur lata extra
terminum statuti. Sꝫ in contrarium q2 si cena duci
potest sine correctione ducenda ē ut dicit gl. ff. de dā.
īfec. l. damni. §. si is qui uicinas. circa fi. in glo. pēt.
Sed si hoc eēt corrigeretur per dictū statutū tā regl'a
generalis que ē ꝙ quilibet pōt renūciare his que ꝓ
se introducta sunt. C. de pac. siquis ī cōscribendo cū
cōcor. ꝙ̄ ēt spālis que colligit̄ ex legibus supra allega
tis. ꝛ ideo prefatū statutū quatenus ānullata acta ꝛ
gesta tpibus ꝛ diebus feriatis de quib⁹ supra fuerat
locutum uidetur intelligendum secundum ius com
mune uidelicet in quantum se refert ad feriatos in
honorem dei indistincte. Sed quantum ad feriatos
propter messem quando processum eēt contra absē
tem ꝛ non consentientem per ea que no. glo. C. de
iure delibe. l. fi. §. in computatione. in fi. glo. magne
Uel quod intelligatur eo casu quo non fuerit expres
se renunciatum ꝛ uellit corrigere solum specialem re
gulam que colligitur ex dicta. l. i. §. i. de ferijs scilicet
ꝙ non uideatur tacite renunciatum sponte litigan
do non autem generalem scilicet quo minus pos
sit expresse renunciari fortior enim debet esse
renunciatio expressa que prouenit ex indubitata
tata uoluntate quam tacita que prouenit ex con
iectura q2 in incertis n̄ certī ꝛ cetera. l. cōtinu⁹. §. cū ita
. ff. ꝺ uer. ob. ꝛ ꝓ h̄ bn̄fac. l. iiij. ī pri. ff. ꝺ mān. vin.
Nulla eīꝫ bōa rō possꝫ assignari quare dictū statutū
uoluisset

uoluisset dictis ferijs non posse renunciari saltem expresse. Cum igitur hic fuerit expresse renunciatum ferijs sequitur ꝙ dicti dies erant utiles: ⁊ sic computabantur in numero .xl. dierum prefixorum a statuto ad causam arbitrales terminandas quod etiā pars aduersa pro qua sententia lata est fuisse uidetur confessa rebus ipsis ⁊ factis qꝛ dicto tempore feriato produxit testes ⁊ aliquos actus iuridicos ut dicitur fecit qui fieri non potuissent: si dies non fuissent iuridici: que confessio tacita resultans ex dictis actis tantū uidetur ualere quāta expressa. ff. de legi. l. đ quib⁹. C. đ insti. ⁊ substi. l. reprehendenda . Et sic sequitur ꝙ in numero dictorum .lx. dierum utiliū prefati dies computabantur: ⁊ per consequēs dicta sententia lata est extra terminos compromissi: ⁊ sic est nulla tanꝙ lata ab eis quorum potestas erat finita. ff. de arbi. l. ante penul. ⁊ l. labeo ⁊ hec de primo. ¶ Circa secundum quesitū dicendū ē ꝙ cum in iudicijs equalitas sit seruanda. C. de fruc. ⁊ lit. expen. l. fi. ⁊ etiam in arbitrijs ff. de arbi. l. si cum dies. §. penul. ⁊ ibi nō. per glo: que allegat plures concor. in spe. e. ti. §. i. uersi. circa hoc cum se. si dicti dies non erant utiles quo ad cōmodum dicti baptiste ut cōputenť ĭ numero dierum cōpromissi qđ pro eo faceret ut sic sñia sit nulla postꝙ lata ē ꝯtra eū siliť dici deberet non fuisse utiles ꝙtum ad cōmodum partis aduerse scꝫ ut ualeant act⁹ iudiciales gesti per eum dict̨ diebus feriatis quia nō debent esse ualidi cum non debeant esse utiles quo ad unam partem ⁊ inutiles quo ad alteram quia sic claudicasset iudicium uel arbitrium quod esse non đbet. de excep. cum inter. Unde posito ꝙ dicta sententia esset ualida mero iure foret tamen iniqua si arbitri secuti gesta per alteram partem dictis diebus tulissent pro ea sententiam: et sic deberet reuocari. C. si ex falsis inst. l. penul. extra de re iudi. cum. i. ⁊. a.

Circa tertium quesitum dico ꝙ statutum non potuit reuera annulare uires iuramenti que sibi dantur a iure canonico de cuius foro est hodie iuramentū. iuxta nō. in. c. fi. de fo. cōpe. li. vi. licet bal. uideatur dicere contrarium in auč. sacra puberum. C. si aduer. uendi. ⁊ de oper. lib. l. ne patronus bene tamen posset statutum auferre iuramento illas uires quas ei dant iura ciuilia propter potestatem datam populis a iure ciuili condendi sibi leges inter se etiam contrarias iuri cōi. l. omnes populi. ff. de iusti. ⁊ iur. qđ nō facit ius canonicum. Ideo inferiores non possunt illud ius tollere ut in cle. ne romani de elec. Potuit etiam statutū facere ꝙ a sñia arbitrorū possꝫ appellari ⁊ peti reductō ad arbitriū bōi uiri nō obstāte quacūqꝫ rōne uel pacto facto in ꝯtrariū qꝛ ista erāt de foro statuentiū iter subditos. Et iō in cāu nostro ualuit appellatio per baptistā interposita lꝫ interponendo fuerit ꝑiurus sicut cum quis iurat nō ꝯtrahere uľ nō testari nam tale iuramentum non uiciat nec reddit nullum talem contractuꝫ uel testm̄ quia sunt actus extra iudiciales: sed reddit iurantem periurum . iuxta nō. per Inno. in. c. dilcō đ preben. ⁊ per Io. an. plene in. c. pia de exce. li. vi. Appellatio uero uideť potius act⁹ extraiudicialis quod patet quia potest fieri die feriato. C. de ferijs. l. i. Et sic fuit ualida ꝙtum ad impediendum ne sñia transiret in rem iudi. sed ad consequendum appellationem iudex ipsum non deberet admittere contra proprium iuramentum qꝛ nō debꝫ iudex esse auctor periurij. si iuramentum erat ualidū Debꝫ ergo petere absolutioneꝫ a iuramento si uult prosequi alš currerent sibi tempora appellationis ꝓsequende: sicut possꝫ prosequi: qꝛ potest facere ut possit ut in regula iuř ⁊ probatur in. c. fi. đ elec. ¶ Circa quartum ⁊ quintum dubium: si petijt absolutionem an fuerit sibi cōcedēda: ⁊ an potuerit cōcedi parte absente nō uocata ꝑ epm̄. ¶ Notandū est ꝙ si arbitratores fuissent ĭ uero dolo tale iuramētū nō ligaret baptistā ad eius obseruātiā qꝛ in generali iuramēto talis casus non includiť: cū đ omni generali locutione dolus intelligatur exclusus ⁊ exceptuatus. l. creditor. §. lucius. ff. mandati. Et qꝛ etiā si specialiter ⁊ expresse iurasset obseruare laudū etiā si arbitri dolose laudauerint nō ualeret tale iuramentū tanꝙ cōtra bonos mores qꝛ induceret arbitros ad delinquendū. c. nō ē obligatoriū de reg. iur. li. vi. iuncta. l. conuenire. ff. đ pac. dota. ⁊. l. si unus. §. illud nulla. ff. đ pac. Et hoc expresse determinauit Io. cal. in questione disputata per eū quā Io. an. refert in addi. spe. ti. de arbi. §. fi. in addi. que incipit clarius sic formatur dicta clausula ⁊c. Et sic nō foret necessaria absolutio epi postꝙ iuramentū ē nullū licet posset peti ad cautelā. iuxta nō. per bal. C. de ope. lib. l. ne patronus. iūcto. c. solet đ sen. ex. li. vi. ⁊ quod nō. glo. in. c. ij. de iureiur. Si uero fuerunt ĭ dolo presumpto quod esset si ĭmoderate lesissent iuxta nō. per bar. in. l. si societatem. §. arbitroꝝ. ff. pro socio: tūc ex quo spāliter ⁊ expresse talem licentiam dederūt in casu nostro ꝙ nō cōquererēťr etiam pro maxima lesione. Non tamē aliter de uero dolo apparet tunc tale iuramentū mero iure ligat iurantem qꝛ pōt ipsum seruare sine pcc̄to licet fuerit interpositū super pacto nullo: qꝛ statutū istđ tale pactū annullat cū disponit ꝙ eo nō obstāte possit cōqueri: iuramentū tamen non ānullat non qꝛ nolit ĭmo expresse uult sed qꝛ nō pōt ut supra ꝓximo articulo dixi quoniā hanc in se tacitā ꝯditionē habꝫ uidelicet ut sit semꝑ seruādū: si pōt seruari sine interitu salutis eterne etiā si sit interpositū super ꝯtractu nullo: nec ip̄m statutū dedit uires iuramēto nec etiā ius ciuile a quo statutū recepit auctoritatē nisi in casu auč. sacra puberum: quādo cōtractus esset nullus ex priuilegio minoris etatis ut ibi notať ĭmo ius ciuile regulariter ānullat iuramentū eo casu quo annullat contractū. C. de legi. l. nō dubiū. Sed istā uim dat iuramēto ius canonicum quod fundať a iure diuino a quo statutū non habet uires igiť nō pōt statutū predictū auferre uires quas ip̄m nō dedit nec ius ciuile a quo statutū recipit auctoritatē. l. si arrogator. sꝫ an ĭpuberi. ff. de adop. ibi dum dicit hoc nō iudicio eius ad ip̄m peruenit sed ex principali prouidentia ⁊c. Stāt ergo ista simul ꝙ pactū de nō appellādo nō ualeat propter statutū. Et tamē ualet iuramētū ⁊ ligat de iure canonico ex quo iurans pōt ipsum seruare sine peccato suo. Sed aduertendū qꝛ nō sine peccato partis aduerse tale iuramētū pōt seruari qꝛ laudū est iniquuꝫ. Ideo pars que aliquid extorquet ex eo peccat iuxta nō. ꝑ Inn. in. c. qꝛ pleriqꝫ de ĭmuni. ecc. Ideo dixit hosti. ꝙ đeo casu iudicis officio. s. ecclesiastico ꝓuidēdū est qꝛ pōt adiri ⁊ ꝑeti ab eo ꝙ absoluat a iuramēto qꝛ nō debꝫ esse iniquitatis uinculum ut Io. an. refert in addi. de qua supra ⁊ in. c. quitauallis de iureiur. sicut uidem⁹ in iuramento de soluendis usuris quod ligat iurantem quia potest ipsum seruare ⁊ soluere sine suo peccato. c. debitores de iureiuran. Sed quia non sine peccato recipientis potest peti absolutio: Et est concedenda etiam altera parte inuita. c. primo ⁊ secundo.

⁊.c.ad nostram de iureiur. Sicut iuramentum metu
extortum ligat mero iure: sed ab eo potest peti abso
lutio dicta de causa ut in.c. abbas. ⁊ ibi plene nõ.
quod me.cau. de elec. uenerabilem. per Inno. circa
finē ⁊ per arch. in.c.ij.de pac.li.vi. ¶ Dico igit̃ ad ꝓ
positū redeūdo ꝙ cū hic allegetˀ dolus arbitrorum ⁊
iniquitas laudi q2 nõ solū ledit in maxio sed in toto
q2 cū sit questio an uenditio si retractāda uel nõ ꝑ er
rorē iuris iudicauerūt eā in totū retractādā cū i nihilū
retractāda foret ꝓut appar3 clare ostēsu3 ꝑ alia ꝯsilia
sup hoc reddita. Dico ꝙ absolutio a dicto iuramēto
ꝯcedēda fuit ⁊ ē per dñ3 epm siue ad cautelā si fuerit
uerus dolus arbitratoꝝ siue ꝓprie si de illo nõ appa
ret q2 saltē fuit p̃sumptꝰ qui colligit̃ ex enormissima le
sione per quā laudū reddit̃ iniquissimū: ⁊ ꝓ hoc d̃ter
minatio bar.in.l.siquis ꝓ eo de fideiuſ.i quīta specie
iuramēti ¶ Sed remanet dubiū quid si fuit cõcessa
altera ꝑte nõ uocata an ualeat: respõdeo quantū ad
habilitādū ip3 baptistā ad iudiciū: ⁊ quātū ad hoc ut
nõ icurrat ꝑiuriū petēdo se admitti ad ꝓbādū dolu3
arbitroꝝ ⁊ iniquitatē laudi nõ fuit necessaria ꝑtis ad
uerse citatio q2 nõ agit̃ de aliquo p̃iudicio ipius s3 so
lum de excludēdo ꝑiuriū petētis igit̃ ⁊c̃.l.recusare in
prin.ff.ad trebel. s3 talis absolutio nõ facit quo minꝰ
i ꝓbatōe postea fiēda ꝑ cū necessaria sit ꝑtis uocatio
q2 tūc d̃ ipsiꝰ p̃iudicio agit̃ iuxta ea que in sili habent̃
in.c.l3 eps de p̃bē.lib.vi.facit etiā ad p̃dicta qð in sili
habenꝰ in bonoꝝ possessiōe: nā ille que ius nõ faciūt
⁊ sic p̃iudiciū graue nõ afferūt ꝯcedunt̃ sūmarie ⁊ de
plano etiā ꝑte nõ uocata: Secꝰ i his que ius tribuūt
⁊ p̃iudiciū faciūt ut plene nõ.i.l.iij.§.cā cognita.ff.d̃
bonoꝝ pos ¶ Et si dicat̃ itererat alteriꝰ ꝑtis ꝙ iura
mentū nõ relaxaret̃ ⁊ ꝙ baptista nõ habilitaret̃ q2 ꝑ
hoc euitasset eiꝰ molestiā: ergo debuit citari ad talē re
laxationē: Respõdeo ꝙ sua ꝯ̃dictio nõ potuisset ipe
dire eā fieri postq̃ petebat̃ ex cā ex qua ius ꝑmittit ꝙ
fiat al's esset i eiꝰ ꝑtāte bñficiū iuris alteri cõcessu3 au
ferre ꝯtra.c.indultū.de reg.iur.lib.vi. Unde cū ipsa
altera ꝑte iuita ꝯcedēda foret fortius ea absente ⁊ nõ
citata.ff.de regu.iur.l.qui pōt inuit̃.de fideico.lib.l.
iiij.§.ij. Ille aūt citādus est qui ꝯparēdo pōt actum
ipedire al's secus.l.recusare.in prin.ff.ad trebel. Pre
dictū ergo itercsse nõ est iustū. Prefata eni relaxatio
iuramēti habebit in se tacitā ꝯditionē si uera sunt q̃
asserūt.s.ꝙ dolus arbitratoris uel enormissima lesio
interuenerit ꝓut i silibꝰ nõ.glo.ff.de bo.pos.l.iij §.
bonoꝝ i glo.magna.⁊.§.si cā cognita in fi.gl. Et sic
alteri ꝑti reseruat̃ ius rõne cuius posset ꝯ̃dicere ⁊ ipe
dire relaxationē iuramēti.s.quādo dolꝰ uel enormis
lesio nõ interuenisset: Aut ergo ꝓbabit̃ interuenisse
⁊ nõ poterat sibi denegari relaxatio aut nõ ꝓbabit̃ ⁊
relaxatio nõ intelligit̃ facta: ⁊ sic incurret baptista ꝑiu
riū ueniēdo cõtra iuramentū ex causa nõ ꝯcessa ⁊ re
laxatione iuramēti nõ facta: ⁊ sic nõ obtinebit retra
ctationē laudi. Nõ ergo iterfuit alterius partis citari
in relaxatione fiēda q2 reseruatur ius eius sed sufficit
ꝙ citetur cū super allegatis recipient̃ probationes.
¶ Posset etiā dubitari an si predicta dictus baptista
probabit erit necessaria alia relaxatio iuramenti: ui
detur ꝙ sic quasi predicta non fuerit plena relaxatio
sed solum quo ad effectū agēdi ut habilitaret̃ ad illō
unō uidet̃ necessaria alia.s.ad effectū obtinēdi retra
ctationē laudi: ar.extra d̃ test.c.ueniēs.⁊ qð nõ.bar.
in.l.nā ⁊ postea.§.si minor.ff.de iureiur. Cõtrariu3
dico q2 si ꝑ relaxatōe3 iuramēti data fuit sibi licētia ut
agat uidetur data etiā ut peragat parte tamē uocata
in peragendo.ff.de ꝓcura.l.qui procuratorem dat.
Et ꝓ hoc facit ut l3 a principio nõ fuisset plena reple
atur ex postfacto ꝓbationibꝰ. facit id quod i fi.habe
tur in bonoꝝ pos.ſm tabu.petita ꝑ heredem scriptū
sub ꝯditione ea pendente q2 l3 tunc nõ tribuat ius s3
nudā facti administratōnē.l.siquis instituat̃.ff.de he
redi.insti. Existente tamen uel deficiente conditione
plenior efficit̃ quia conuertitur in ſm tabulas uel cõ
tra tabulas tribuentes ius ne sit necesse iteru3 bono
rum possessionē petere.l.ij.§.si sub cõditione. et ibi
nõ.ff.de bo.pos.ſm tabu.ita ⁊ hic ne sit necesse iteꝝ
absolutionem petere sufficere d3 prima ut l3 fuerit cõ
cessa ad finem agendi proficiat ad finem obtinendi ⁊
peragendi ne sit necesse eam de nouo superfluo pete
re. Nec obstat.c.ueniens de testi.quia in alio casu lo
quitur sc3 in ꝓbatione interesse ad effectum agendi
que fit sūmarie unde requiritur plenior ad finem ob
tinendi: sed hic pariter ⁊ code3 modo fieret secunda
uice sicut facta fuit prima cum cõsistat in facto solius
absoluentis ⁊ sic secunda fieret superfluo ergo ⁊c̃.l.
hec stipulatio.§.diuus ut lega.no.caue. ¶ Super
duobus ultimis quesitis nihil dico quia non expedit
Laus Deo.

¶ De modo succedendi in feudo.

cc.xvij

In christi nomine amen.

Uisa suprascripta facti narratione cum dubijs: No
tandū ꝙ dictū feudum uirtute primarū iuestiturarū
factarū in personis masculorū fecisse finem in perso
na marci fratris bonfrancisci q2 ipse bonfranciscus
⁊ iordanus eius filius p̃decesserunt marco. Et ipe so
lus marcus masculus remāsit: in quo remāsit totum
feudū exclusa domina iohāna nepte marci ex fratre
sororeq3 dicti iordani. Et in ꝯñam excluso francisco d̃
caldogno filio dicte iohāne q2 masculo supꝑstite nõ pa
tebat locus feie nec desćēdentibꝰ ex femina in usibus
feu.de eo qui sibi ⁊ heredibus suis mascu.⁊ femi.c.i.
iūcto.c.i.§.hoc aūt notandū qui feu.dare pos.mor
tuo uero dicto masculo marco icepit feudū facere trā
situm ad feias: Et sic trāsiuit ad dñam antoniā ⁊ do
minā caterinā filias marci ꝑmanēte exclusa dña iohā
na sorore iordani ⁊ nepte dicti marci ⁊ ēt dicto franci
sco de caldogno filio suo: qui semel fuerūt exclusi ꝑꝑ
supꝑexistentiā marci patrui. ut in.c.i.§.quin ēt epm
uel abbatē. et insti.de here.ab intesta.§.ita demu3.
et qð nõ.bar.in.l.ij.§.fi.ff.ad tertul'. Ex quo p3 ꝙ
nõ ualuit iuestitura facta i ꝑsonā dicti frācisci d̃ caldo
gno de toto dicto feudo cū de ipso nihil ad eum ꝑti
ret sed ad dictas dominas antoniā ⁊ dominam cate
rinam filias marci. Et sic fuit inuestitus d̃ alieno feu
do pure ergo non ualuit ut in titulo de clerico qui
inuesti.accepit.c. primo ⁊ quo tempore miles.c.ij.
Et ex hoc sequitur aliud scilicet ꝙ per renunciatio
nem factam per dominum franciscum de dicto feudo
in manibus domini episcopi non fuit ad ipsu3 domi
num episcopū reuersum quia iuri quod non habe
bat renunciare non poterat cum priuatio presuppo
nat habitum.l.decem.ff.de uerbo.obliga.ff.de leg.
ij.si ita sit scriptum.§.si sub conditione ubi casus in
fi.§. Non ergo ualuit inuestitura postea facta in per
sonam domine antonie ⁊ domine caterine tanq̃ de
deuoluto ad epm per renunciationem predictam

Et sic

Et sic tanq̄ de feudo nouo sed erant inuestiēde tāq̄
de feudo ueteri ⁊ antiquo cū antique inuestiture fue
rint recepte etiā ꝓ feminis deficiētibus masculis ⁊ i ta
lem inuestiturā dicer̄ possumus illā fuisse cōuersaȝ ar.
ff. de transac. ⁊ post rem. §.i. ⁊.l.cū hi .§.si eideȝ in
ratione sui. mortuis uero ꝑdictis dñabus.s. antonia
⁊ caterina ac etiā filiab⁹ feminis dicte caterine supsti
te alio marco ex dña antonia portio dñe caterine de
uoluta fuit ad dictū marcū natū ex dña antonia post
q̄ erat feudū antiquū nō autē ad episcopū fuit reuer
sa nō obstāte renūciatione facta per ultimā filiaȝ dicte
caterine.s. agentē que fieri nō potuit in ꝑiudiciū dicti
marci sine eius consensu: ut in.c i. de alie. feu. pater.
Non uider̄ ergo q̄ ꝑfatus dñs Jacob⁹ de thienis po
tuerit inuestiri de medietate dñe caterine uxoris sue
tanq̄ ꝯuoluta ad dñm ep̄m per mortē ꝑdictarū triū
filiarū eius seu per renūciationē ultimo morientis cū
illa foret ad dictū marcū reuersa. ¶ Restat nūc uider̄
de cōpositione facta inter dictū marcū ⁊ dictum dñm
Jacobū qui marc⁹ cū auctoritate ⁊ cōsensu sui patris
legitimi administratoris ipsius approbauit ⁊ ratifica
uit inuestituram factā in personā dicti Jacobi: utrum
ex hoc fuerit illa confirmata: que a prin. non ualuit si
ne illius consēsu.

¶ Juramentum minoris super contractu an possit
remitti: ⁊ per quem.

¶ Casus sequentis consilij.

¶ Orta lite int̄ spectabilē militē dñm Jacobū de thie
nis rōne cuiusdā feudi ⁊ baptistā ꝺ repeꝗ facietē noīe
⁊ uice marci pubeꝝ ei⁹ filij ad quē dictū feudū specta
re dicebat suprascripti baptista ⁊ marc⁹ de ꝯsensu pa
tris ad ꝯpositionē cū antedc̄o dño Jacobo uenerūt:
⁊ inuestiturā feudi de quo ꝯtrouersia erat factā dño
Jacobo per ep̄m uicētinū laudauerūt ⁊ approbaue
rūt ut in instr̄o laudationis pȝ. Nūc uero marcus ma
ior factus qui paternā hereditatē repudiauit q̇rit dc̄ȝ
instr̄m infringere ⁊ ānulare quoquo modo. ¶ Que
rit̄ i genere utrū sit uia uel ꝑ formā dispēsatōis uł sup
plicatōis uł aliqua alia uia ānulādi dc̄m instr̄m quod
diligētissime exaiet ꝯsultor. ¶ Itē querit̄ utrū ꝑ uias
īfrascriptas pōt suprascriptū instr̄m infringi. Et prio.
Utrū possit fieri absolutio sacri in ꝯtractu in quo mi
nor. xxv. ānis maior tū fact⁹ dicit se lesum: in quo etiā
ꝯctu iteruenit patris auctoritas ⁊ plres sunt clausule
de nō ꝯueniēdo sub certa pena ⁊ de nō petēdo in ite
grū restitutionē ⁊c̄. ꝓut in istr̄o plene patet. ¶ Item
ꝑsupposito q̄ dc̄a relaxatio possit fieri an possit lesus
in itegrū restitutionē petere: si i ꝯctu iteruenit patris
auctoritas ⁊ renūciauit restitutōi certiorat⁹ ⁊c̄. ꝓut in
instr̄o ꝯtinet̄ neqȝ īfra quadriēniū i ite. resti. petierit.
¶ Itē an possit r̄stitui ut nō icurrat penā quā ꝓmisit
ut i istr̄o ꝯtinet̄. ¶ Itē ꝑsupposito q̄ aliqua uia non
ꝯpetat dc̄o marco: an filij marci possint petere feudū
antiquū marco uiuēte cui feudo marcus renūciauit ⁊
ꝓmisit ꝓ se ⁊ descēdētib⁹ suis nūq̄ aliq̇d petere sub
pena trecētoꝝ ducatoꝝ ⁊c̄. ut i istr̄o laudatōis pȝ. Itē
an dict⁹ marc⁹ possit restitui aduersus ꝑscriptionē an
noꝝ. xx. postq̄ ē fact⁹ maior. ¶ Itē an statuta laicoꝝ
habeāt locū i feudis ecclesiasticis iter ꝑuatas ꝑsonas.

ccxviij.

¶ In christi nomine amen.

Presupposito sine ꝑiudi io vitat̄ q̄ dc̄us.d. Jacob⁹
nō potuissȝ iuestiri de dc̄o feudo sine ꝯsēsu dc̄i marci

Queritur primo an dicta inuestitura fuerit ꝯfirmata
ex ratificatōe dicti marci cum p̄ris sui auctoritate sibi
postea facta. Respondeo q̄ sic qꝛ si a principio cōsen
sissent ualuisset. ut in.c.ij. quo tp̄e miles a contrario
sensu ⁊ in titu. qui succe. tene. c.i. ibi ꝯsenciēte eo ⁊c̄.
sȝ ratificatō cōparat̄ mādato ⁊ retrotrahitur.l.fi. C.
ad macc. Et qn̄ actus est nullus propter defectum cō
sensus alterius sequuta ratihabitōe illius ualidat̄ s̄m
theoricā oīum doctorum. ff. de iudi.l.lȝ. Et qui ꝯsen
sit ip̄e sua iura perdit. C. de adminis. tuto.l.cuȝ que
dam post mediū de rei uen.l. mater. Et hec sine du
bio essent uera si marcus ꝑdictus fuisset maior. xxv.
tempore dicte cōpositionis ⁊ ratificatiōis. Sȝ qꝛ erat
minor licet maior xiiij. ut narrat̄ in instr̄o ⁊ ut ip̄e di
cit ex ea fuit lesus. ¶ Est dubium tn̄ ꝓpter iuramen
tum qd̄ interuenit sed cessat dubiū per auc̄. sacr̄a pu
berum. C. si aduersus uendi. que tollit tam nullitatē
que ꝓueniret rōne minoris etatis q̄ ēt beneficiuȝ re
stitutionis in integrum s̄m cōem opi. glosaruȝ ⁊ doc.
¶ Sed dubitat̄ nunc an possit peti absolutio a iura
mento ut sic sit perinde ac si iuramentū nō iteruenis
set. Rn̄detur q̄ ab ordinario iudice puta ep̄o nō qꝛ
ille non pōt talem absolutionē petere nisi qn̄ iuramē
tum fuisset iniqȝ extortum puta dolo uel metu uel su
per re illicita puta super usuris ꝑstandis ita q̄ obser
uatio iuramenti peccatū induceret in eo cui obsuare
tur lȝ nō in iurante iuxta nō. per Inno. in.c. si uero
de iureiur. de elec. c. uenerabilē circa finē de pac. c. ij.
li. vi. Als frustratoriū essȝ iuramentū si semꝑ ordina
rius posset ip̄m relaxare. Et frustratoria esset dispō
dicte auc̄. sacr̄a pubeꝝ que est ꝯfirmata per ius cano
nicum nō infirmata cū illud augeat uires iuramenti
non minuat: sȝ ordinarius ep̄us ius canonicū tollere
non pōt qꝛ inferior legem sup̄ioris ⁊c̄. ut in cle. ne ro
mani de elec. ⁊ nō. in.c. statutū de here. li. vi. per gl.
facit quod nō. Inno. in.c. dilectus de tēpo. ordi. qd̄
ep̄us nō pōt dispensare ꝯ dispōnem iuris. ¶ Sȝ du
biuȝ est de papa qui ē supra ius ⁊ pōt illud tollere ut
in.c. ꝓposuit de ꝯces. preben. ⁊ ēt ius alteri quesituȝ
ut nō. glo. in dicto.c. statutū de here. li. vi. ⁊ in spe. ti.
⁊ fructibꝰ ab ea nō ꝑceptis ut plene nō. bar. i. l. uxo
ri uſūfru. bonoꝛū. ff. ꝺ uſufru. lega. De uſufructu ꝟo
ꝑcipiēdo poſt moꝛtē dicte dn̄e clarū ē ꝙ ad heredem
eiꝰ nō fuit tranſmiſſus cū ēt ſi cautōnē pͥſtitiſſet dicta
domina ⁊ ſic in eiꝰ ꝑſona fuiſſet iniciatus per moꝛteꝫ
tn̄ eius fuiſſet finitus ergo ⁊c̄. l. ticio cū moꝛieẗ. ff. de
uſufruc. Laus Deo.

¶ Legatū dotis utrū ueīat i generali remiſſiōe ⁊ li
beratōe quā facit uxoꝛ ꝺ oībꝰ legatis ſibi factis.

ccxxxi.

¶ In chꝛiſti nomine amen.

Prio uidēdū ē an i gn̄alibꝰ uerbis pͥmi codicilli quibꝰ
dicta dn̄a fateẗ ſibi itegre ſatiſfactū ⁊ ſolutū ꝺ oibus ⁊
ſingulis iudicijs legatis ⁊ pꝛelegatis eidē dn̄e relictis
i teſtō ſui uiri ꝯphēdaẗ ꝺ ꝓpͥetate uerboꝛū legatū do
tis attēto ꝙ pͥfata dn̄a uel eiꝰ heres de datiōe dc̄e do
tis hꝫ publicū inſtrumētū ut aſſeriẗ. Et uꝛ̄ ꝙ ꝯtineaẗ
qꝛ cū dicta dos fuerit i teſtō ſui uiri expꝛeſſe legata ne
gari nō pōt quin appellatōe legatoꝛū ꝯtieaẗ ꝓut iſtō
uerbū legatū ſumiẗ ꝓ eo qꝺ i facto ꝯſiſtit. l. ꝯſilio. §.
fi. ꝺ cura. furi. ⁊ ff. ꝺ uſufru. l. q̄d gͦ i fi. iuxta fi. ti. Sꝫ
ꝯſtat ꝙ uerba teſtōꝛis faciētis mētionē ꝺ legat ſibi fa
ctis poſſe referri ēt ad illa legata que i facto ꝯſiſtūt. i.
que uere facta ſūt poſito ꝙ ꝑ ꝑ aliquā iuris ſubtilitatē
n̄ hēant iuris miſteriū ſeu efficaciā ſicut ⁊ ꝟba legis
ff. ꝺ his quibꝰ ut idig. l. tutoꝛē. §. ꝓ ꝑte iuncto. §. di
ſpōat i auc̄. ꝺ nuptijs. Poſito gͦ ꝙ dictū legatū dotꝭ
nō ualuiſſet ꝑ. l. ſin aūt. ff. de le. i. tamē qꝛ uere factū
fuit ꝯtieẗ appellatōe legatoꝛū. Cū igiẗ dicta dn̄a fue
rit ꝯfeſſa ſibi itegre ſolutū ⁊ ſatiſfactū ꝺ oībꝰ legat ſi
bi factis. Et iſtud ſit unū ꝺ illis gͦ ⁊ ꝺ iſto cēſeẗ ꝯfeſſa.
Sꝫ talis confeſſio facta parte pꝛeſente ⁊ acceptante
pꝛobat ſolutionem iuxta plene nota. in. l. cuius cū
quis. §. codicillis. ff. de le. iij. immo poſtquam iura
uit faceret pꝛobationem etiam ſi pars nō fuiſſet pꝛe
ſens ut dicto. §. codicillis. Igiẗ intētio heredū mariti
aſſerētiū dictam dotē fuiſſe ſolutā ⁊ redditā uideẗ fū

data ex dicta ꝯfessione etiam si heres dicte domine ĩ
repetẽdo nõ intat ex testõ sꝫ ex instrõ dotali qꝛ solu
tio si uere facta fuit liberauit dictos heredes ab omni
obligatõe ⁊ actõne qua possent teneri ad restitutõeꝫ
dicte dotis etiam si pluribus actõnibus tenebant. l.
iteꝫ illa. §. fi. de ꝯsti. pecu. Preterea ꝙ plus est dictũ
legatũ ualuit etiã quo ad iuris misterium. i. quo ad ꝓ
ducẽdã act. ex testõ nõ solũ ꝓ ꝯmodo repñtatiõis
sꝫ ꝓ tota sũma dotis cuꝫ actõe de dote nõ deberetur
nisi post ãnum. C. de rei ux. act. §. exactio ꝗ dilatio
fac ut ualeat legatũ ꝓ tota sũma nec irritet lꝫ postea
supueniat dies solutõis etiã si esset casus quo in uita
testõris supuenire potuisset ⁊ superuenisset. ff. ad. l.
falci. l. uerbis cũ ibi nõ. de le. ij. l. debitor ĩ pñ. insti. ꝺ
legatis. §. sꝫ si uxori maritus. Igit dubitandũ nõ ui
det quo minus appellatõne legatoꝝ contineatur ex
quo uere factum fuit. ut supra dixi. ⁊ etiam habet iu
ris effectum in producendo actionẽ ex testõ. ⁊ sic nõ
solum in facto sed ĩ iure ꝯsistit. Sunt ergo ambe actõ
nes sublate tã ex testamẽto quã de dote ratione dicte
solutionis. que facta presumitur rõe dicte cõfessionis
l. publia in fi. ff. depositi iuncta dicta. l. iteꝫ illa. §. fi.
Preterea negari nõ põt quin contineatur appellatõ
ne ꝑlegatorum. ff. de dote prele. per totũ imputetur
ergo sibi ⁊ eius heredi ꝙ tam largo ⁊ effuso sermõe
locuta ẽ. C. de dotis promis. l. fi. Nam prefata ꝯfessio
quia facta parte presente ⁊ acceptãte dicitur inter ui
uos licet facta fuerit in forma codicilloruꝫ. l. heredes
palam. § fi. ff. de testa. cum ibi nõ. Et sic nõ potuit
reuocari ꝑ sequentẽ codicillũ ꝑsupposito ꝙ de sui na
tura ⁊ ꝓprietate uerboꝝ ꝯtineat legatũ ⁊ etiaꝫ ꝑsup
posita ipius ꝯfessionis ualiditate per ea que nõ. per
bar. in. d. l. cũ quis. §. codicillis de le. iij. ⁊ per ci. i. l.
generaliter de nõ nu. pe. nisi ex cã iusti erroris. ff. ꝺ
confes. l. nõ fatet. C. de falsa ca. adiec. le. l. i. i fi. Etiã
si ꝓbaret ueritatẽ esse in ꝯtrarium. qꝛ cum facta fue
rit ad liberandũ ꝯtinere uidet dispõnẽ. ff. de pac. l.
tale pactum in pñ. Unde quesitã liberatõeꝫ auferre
nõ potuit ar. ff. si ser. amit. l. si ꝑiẽ. §. fi. ⁊ qꝺ nõ. ff.
de le. i. si fundũ. §. ticius ⁊. l. si mihi ⁊ tibi in pñ. per
bar. ⁊. C. de dona. inter ui. ⁊ ux. l. si quidẽ. ff. ꝺ li
berto. l. liberto octoginta lꝫ secus sit in simplici con
fessione cuꝫ dispõnem nõ ꝯtineat qꝛ etiam si scienter
fuerit emissa põt reuocari ꝓbando ꝯtrarium de iur.
⁊ fac. igno. l. cum falsa nisi facta fuerit in iudicio. C.
de ꝯfes. l. unica cum ibi plene notatis. ¶ His tñ nõ
obstãtibus puto ꝯtrariũ dicendũ de iure. s. ꝙ dictũ lega
tũ seu ꝑlegatũ dotis nõ ꝯtineat in generalibus uer
bis dicti primi codicilli tali rõne qꝛ quãdo uerba pos
sunt dupliciter itelligi. s. ꝑ prius ⁊ ꝑ posterius seu ĩ po
tiori ⁊ posteriori significatu intelligi debent in prio
ri ⁊ potiori significatu. ff. si. ag. uecti. uel emph. pe.
l. i. §. qui ꝑpetuum. Item qñ possũt intelligi simplr
⁊ secundũ quid in dubio intelligunt simplr nõ secun
dum quid. ff. de le. iij. l. hoc legatum. Sꝫ uerba ꝑsa
te codicillantis possunt intelligi de illis legatis ⁊ pre
legatis que simplr ⁊ ĩ potiori significatu dicũt legata
qꝛ nõ solum ista dos que erat debita sꝫ ⁊ plura alia ꝗ
debita non erant fuerunt legata ⁊ illa dicunt legata
simplr ⁊ ĩ potiori significatu qm̃ non nisi act. ex testõ
peti poterant ⁊ omnia que sunt de natura legatoruꝫ
locum habebant in eis. Sed legatum uel ꝑlegatum
dotis non dicitur legatum simplr sed secunduꝫ quid
⁊ sic nõ in potiori significatu eo qꝛ etiam actione de
dote peti poterat. l. cũ ab uno. ff. ꝺ le. ij. ⁊ i eo nõ ha
bebãt locum omnia que de le. dicũtur ut falcidia ⁊ si
milia. ff. de dote ꝑle. l. ij. §. idẽ iul. querit de le. ꝑstã.
l. uiril. §. fi. de le. ij. cũ ab uno in fi. Igitur de tali lega
to uerba prefata nõ sunt intelligẽda pos. ꝙ possũt in
telligi in alijs que sũt proprie ⁊ simpliciter legata als
secus eẽt. ff. de fundo instruc. l. fund⁹ qui loca. ꝺ au.
⁊ ar. leg. l. pediculis. §. itẽ cũ quereret. Et si dicatur
predicta ꝑñt procedere qñ uerba proferrentur a le
ge uel a testatore sed qñ a ꝯhente uidentur intelligen
da ꝯ proferẽtem prout magis expedit alteri ꝑti. ff. ꝺ
pac. l. ueteribus. Rñdetur ꝙ ista uerba fuerũt prola
ta hic a confitẽte que cõfessio nõ ẽ proprie ultima uo
luntas uel ꝯctus. l. labeo de uer. sig. ⁊ cum depende
at ex uolũtate unius tantũ. s. confitentis iuxta nõ. C.
de pac. l. i. uidentur intelligenda potius in ipsi⁹ ꝯfitẽ
tis fauorem ut ꝙ minus possint noceãt ar. eorũ que
nõ. in. l. inter uestem. ff. de au. ⁊ ar. l. ⁊ qꝺ nõ. bar. in
l. centesimis. §. fi. ff. de uerbo. ob. Uel si dicamus ꝙ
sit contractus eo quia important pactum de non
petendo ⁊ tale pactum dicitur contractus. ut nõ. gl.
or. ff. de act. ⁊ obliga. l. i. in princi. in fi. magne glo.
dicemus ꝙ fieri nõ poterit sine ꝯsensu consanguinei
ex forma statuti lucani per ea que nõ. bar. i. l. si un⁹
§ pactus. ff. de pac. quia tale pactum obligat ad nõ
petendum ut ibi ergo ⁊c̃. Et sic concluditur dictaꝫ cõ
fessionem nõ obstare quo minus dicta dos peti pos
sit ex instrumẽto dotali sed si nõ ꝯstaret instrumẽtũ
eẽt proprie legatum ⁊ ideo secus eẽt dicenduꝫ. ¶ Iu
ramẽtum aũt nõ habet obstare qꝛ nõ includit ultra
quã includãt uerba super quibus fuit appositũ. C. ꝺ
nõ nu. pe. l. fi. ¶ Ex quibus apparet ſm codicillum
reuocatorium seu declaratorium nõ fuisse necessariũ
qꝛ ⁊ sine ipso idẽ fuisset. Et si uerba importarẽt hoc
legatum tamen talis renũciatio nõ tenet ꝑsupposita
inualiditate ut supra dixi.

¶ Quedã mulier fecit aliqua legata cuidã capelle qꝛ
⁊ uir suus eidẽ capelle alia legata facturus erat. Que
ritur si uir legata illa fecerit utrũ possit illa reuocare.
Item si ipsa mulier legauit ipi capelle bona insolutũ
accepta per eius uirũ quã isolutũ dationẽ cõicauit po
stea cũ fratribus ⁊ nepotibus suis socijs oium bono
rũ an preiudicet ipsis fratribus ⁊ nepotibus. Et si
eis nõ preiudicat an preiudicet ipsi uero heredi insti
tuto ⁊ qui hereditatẽ ipsi⁹ mulieris accepit cũ benefi
cio inuentarij quãtũ ad hoc ut teneatur redimẽ por
tiones ꝯsociorũ. Et si nõ tenetur redimere an saltim
sibi ꝑiudicat quãtũ ad portionẽ suã. ¶ Et utrũ here
des uxoris possint petere dotes quas uxor ĩ uita sua
nõ petijt sꝫ tãquã usufructuaria bonorum mariti ui
gore legati sibi facti rebus ipsis mariti incubuit.

ccxxxij.

In christi nomine amen.

Circa pmũ quesitũ facit dubiũ ꝙ si dict⁹ Io. possit re
uocare dicta legata facta dicte capelle remanebit de
cepta dñã agnes defũcta ꝗ ꝯtẽplatõe dictorũ legato
rũ fiendorũ ꝑ Iohã. ei⁹ maritũ prefate capelle etiaꝫ
ipsa plura legata fecit eidẽ que per eius mortẽ sũt cõ
firmata ⁊ reuocari nõ pñt. Uñ ẽt facta ꝑ Iohã. uidẽ
tur facta irreuocabilia ne illi⁹ dñe frustretur itẽtio ut
C. de pac. l. siquis ĩ ꝯscribẽdo ĩst. sancim⁹. ff. ꝺ arbi.
l. iij. §. i. ꝺ isti. sꝫ ⁊ si pupillus. §. si ambo ꝺ exercito.
l. i. §. magistrũ. C. de his qui ue. eta. ipe. l. i. in fi. Et
quod nõ. glo. C. de peti. here. l. si putas in fi. prime
glo.

glo. ¶ His tamē nō obstātibus dico ꝙ reuocare pōt
per generalē regulā ꝙ ābulatoria ē ultima uoluntas
usqꝫ ad ultimū uite spiritū. l. si mihi ⁊ tibi. §. i legatꝭ
de le. i. cū ꝯcor. ēt si sit ad piū usum. C. de sacrosan.
eccle. l. i. Nec potuit expresse uel tacite nec aliquo que
sito colore se astringere ad nō reuocādū nec sibi talē
ptātem adimere. ff. de le. i. l. siquis i ꝑin. testamēti
cuꝫ ꝯcordātijs. l. stipulatio hoc modo ꝺ uer. obli. C.
de transac. l. cum donatōnis i fi. Nec obstāt allegata
in ꝯtrarium qꝛ potius se ipsam decepisset dicta dn̄a
agnes si hoc credidisset ꝙ nō reuocaret cū scire ꝺbue
rit reuocabilia esse legata ꝺ sui natura. Unde hūc ca
sum euenire posse ꝓspicere debuit. l. siquis domum
§. i. ff. locati. Si ergo ñ ꝓspexit se ipsā circūuenit. ff.
de libe. can. l. imo post principiū de rei uēdi. l. nam si
actor. Preterea nō subest aliqua bōa rō ꝓpter quaꝫ
sit presumēdū ipsā fecisse sua legata ꝯtēplatione lega
toꝝ fiendoꝝ per Johānē al's nō factura nisi ꝓbet cū
in dubio hoc nō presumat nisi qñ exprimit aliqua cā
coherēs legato. l. cū tale. §. falsam de ꝯdi ⁊ demō. ⁊
qꝺ nō. bar. in. l. demonstratio. §. quod aūt iur. e. ti.
Potius eni i dubio presumit habuisse respectū ad pi
am cāꝫ ꝓpter quā relinquebat ⁊ ex qua mota fuit ꝙ̄
ad legata fienda ꝑ alteꝝ de quibus nulluꝫ ꝯmodum
erat apud dcū susceptura sꝫ de suis tātū ar. eoꝝ que
nō. bar. i. l. pater filiū. §. tusculanus i fi ff. de le. iij.
⁊ ista cā nō deficit ergo ⁊c̄. ¶ Circa secūdū quesitum
notandū ē ꝙ aut querimus utrū ꝓpter ꝯsensū dicti
Johānis prestiti dicte agneti in testādo ⁊ relinquēdo
dicta legata aut ꝑ aditionē hereditatis dicte agnetis
fiende ꝑ Johānē factū fuerit uel fieri possit aliqꝺ pre
iudiciū dictis fr̄ibus ⁊ nepotibus dicti Johānis inter
quos dicta bona legata ꝑ agnetē erāt cōicāda cū dcō
Johāne qui dicta bona acquisiuit per dationē isolu.
sibi factā ⁊ ea postea cōicauit cū frib⁹ ⁊ nepotib⁹ ꝑdi
ctis ponēdo ea ad libruꝫ cōeꝫ ⁊ qui erāt int̄ se socij oi
um bonoꝝ eo qꝛ negociabant ⁊ omnia lucra ⁊ dāna
cōicabant secūdum ea que nō. i. l. titiū ⁊ meuiū. §. al
tero. ff. de admi. tu. ⁊. C. cōia utri. iudi. si patruus ⁊
tūc ē claꝝ ꝙ ñ sit illis preiudiciū. l. nemo ex socijs in
ꝑin. ff. ꝓ socio ⁊. C. si in cōi eadēqꝫ cau. i inte. resti.
po. l. i. fami. her. l. coheredib⁹ i ꝑin. de re. cre. ⁊ iut
iur. l. neqꝫ filius ergo nec cogent frēs ⁊ nepotes ꝑ̄di
cti portōes eoꝝ tradere dicte capelle ēt si Johannes
uellet eis soluere preciū. l. nō dubiū. §. fi. ff. de le. iij.
Aut querimus utrū sit factū uel fieri possit preiud ciū
ipi Johāni postea adeunti cū bñficio inuentarij. Et
tūc aut querimus quātū ad portōes dictoꝝ fratruꝫ ⁊
nepotū uidelꝫ ut teneat eas redimere si pōt. Et silr
dicendū ē ꝙ nō qꝛ non appet ꝙ dicta dn̄a agnes sci
uerit dicta bona eē aliena imo credebat eē sua ⁊ ñ re
liquit ꝑsone ꝯiūcte ergo ⁊c̄. C. de le. l. cū alienā maxi
me cum ipa possideret tanꝙ̄ paterna ut ibi nō. bal.
Aut querimus quantū ad portionē suā quam hꝫ in
dictis bonis ut teneat eā tradere dicte capelle ⁊ tunc
uidet ꝙ sic tam rōne ꝯsensus prestiti dicte agneti in
legādo per ea que nō. bar. in. l. cum quis decedens i
fi. ꝑin. ff. de le. iij. ꝙ̄ etiā si nō cōsensisset expresse ex
quo erat res heredis etiam si testatrix ignorabat. l.
unum ex fami. §. si reꝫ. ff. de le. ij. ¶ Sꝫ circa ꝑ̄imū
aduertendum ē ꝙ bar. i dicta. l. cū quis decedens lo
quit eo cāu quo testator legās rem alienam ꝯsentien
te dn̄o instituit heredem alium ꝙ̄ dn̄m quo casu dicit
ualere legatum quia legauit rem alienā scienter ⁊ sic
heres tenetur legatario non aūt dn̄s rei tamen dicit
heredem habere actionem mandati contra dn̄m rei
quia consentiendo censet mādasse ⁊ ipe testator pre
sumit non fuisse al's relicturus. Jō heres liberat ce
dendo legatario hāc actionē mādati nec aliter tenet
redimere. Sed cū i cāu nostro fuerit istitutus ipe Jo
hānes qui erat dn̄s rerum legataruꝫ pro certa parte
⁊ ipa testatrix ignorabat res predictas esse heredis i
mo credebat esse suas ex successione paterna ⁊ habe
bat iustam causaꝫ credēdi qꝛ fuerāt semel patris non
pōt dici ꝙ iter ipaꝫ testatricē ⁊ ipm Johānē fuerit ce
lebratus aliquis ꝯtus mādati qꝛ posito ꝙ Johānes
sciret eē sua ⁊ hēret itentionē mādādi ipa tñ testatrix
nō erat huius credulitatis nec intentiōis nec ꝯtēpla
tione dicti mādati uel ꝯsensus prestiti a Johāne mo
tā fuisse presumit ad legandum. Sed quia credebat
eē sua propria bona. Cum igit dissensus i subā ꝯtra
ctus uiciet ꝯtractum. l. si ego. ff. si cer. pe. ⁊ hic ñ fue
rit celebratus talis ꝯtractus ⁊ sic non potuit oriri dcā
actio mandati contra dictū Johānem. Et posito ꝙ
fuissꝫ orta ⁊ acquisita testatrici si Johānes adijt here
ditatem eius ꝯfundit. l. ab eo. C. de nego. ges. cū si.
qꝛ debitor succedit creditori. l. stichū. §. aditio. ff. ꝺ so
lu. ⁊ sic nō pōt cedi legatario. Jgitur nisi capella pos
sideat quo casu ꝯ consentiētē possit se tueri exceptiōe
nō pōt per uiā agēdi consequi a dicto Johāne ꝓpter
dictum soluꝫ consensum. ut nō bal. in. d. l. cuꝫ alienā
C. de legi. circa mediū. ¶ Quātū uero ad secūdum
scꝫ an sibi preiudicet ꝑꝑ solā aditionē. Etiā si expres
se nō' ꝯsensisset per. l. unū ex famil. §. si rē de le. ij.
Rñdeo sic dūmō tñ sit i hereditate ꝺducꝭ legatꝭ ꝙ
equiualeat portioni quā dict⁹ Jo. hꝫ in dictis bonis
al's tñ si ꝯficiet inuētariū cū nullū dānum debeat sen
tire preterquā hoc ut inuitus cogatur rem tradere ⁊
ex quo remanet sibi ualor ut. l. fi. §. ⁊ si prefatā. C. de
iur. delibe. iūcto dicto. §. si rē. Sed ut mihi asseritur
nō remanet tantū qꝛ ꝺ heredi. dicte agnetis que fuit
heres patris sui debet deduci dos domie angele ma
tris dicte domine agnetis ad quam bona patris dc̄e
agnetis ⁊ ipa agnes eius tenebat ꝙ lꝫ hereditas di
cte domine angele fuerit delata dicte agneti tamen
ipsa agnes non reperit eā adiuisse ⁊ sic eam nō trās
missit ad heredē extraneū. l. i. §. in nouissimo de ca
du. tol. sed solum ad descendentes. l. i. de his qui an
te aptas tabulas. Et sic pertinet hereditas dicte dn̄e
angele ad alias sibi ꝓpinquiores. iuxta nō. i. l. q̄ se
patris. C. uñ liberi qui poterūt pctē dictā dotē qua ꝺ
ducta ꝺ dcā hereditate nō remanet tātū ꝙ equaleat
dcē portōni. Ex q̄bus pꝫ dictū Johānē adeuntē cuꝫ
beneficio inuētarij ñ teneri dicte capelle ad legata ꝑ̄
dicta. Et sic responsuꝫ est ad oīa ꝯtenta in scꝺo q̄sito
multo etiam minus si repudiaret tunc enim lꝫ cessat
illa rō de ꝯfusione actōis mādati subsunt tñ alie que
sufficiunt. l. si non lex in ꝑin. ff. de here. insti. ¶ Ul
terius querit qꝛ dicit ꝙ dicta dn̄a angela post mortē
michaelis mariti sui stetit in bonis ei⁹ tāꝙ̄ usufructua
ria ꝑ xxx. ānos uel circa qꝛ maritus eā reliquit dn̄am
⁊ usufructuariā ⁊ massariaꝫ. nec unꝙ̄ repetijt dotes
suas utrū heres eius possit repetere uel an repellat
exceptione ꝑ̄scriptōis. Respōdeo petere pōt qꝛ ꝯ̄ eā
non ꝯcurrit ꝑ̄scriptio ex quo stetit in bonis sibi obli
gatis sine uiolētia. l. cū notissimi. §. imo. C. ꝺ ꝑscrp.
xxx. an. ubi casus. Et hoc siue loquamur de ꝑ̄scriptō
ne iuris cōis siue statutarie qꝛ illa debet intelligi ⁊ li
mitari ſm ius cōe. C. de noxali. l. si ſui uñi ⁊ qꝺ nō.
gl. C. de iure delibe. l. fi. §. in ꝯputa. i fi. magne glo

E

selle extra de consue. c. cum dilectus. ff. de mune. et bono. l. ut gradatim. §. ⁊ si lege.

Testator legauit certas terras ꝓ dote cuiusdā capelle ut ex fructibus illaꝝ dicta capella orneť ⁊ fulciať. Queriť utrū fratres illius ecclie i qua ē capella cogere possint heredes ad relaxandum dictas terras. Et si omnes fructus terrarum non conuertanť in capellam cui debeatur residuum ⁊ reddi ratio.

ccxliij.

In christi nomine amen.

Sup̄ p̄rio quesito respōdeo ꝙ dicti fratres non pn̄t cogere dictos fideicōmissarios ad relaxādū eis dicta duo pecia terraꝝ q̄ testō̄r nō reliquit ea fribus sed ꝓ dote capelle ut ex fructib⁹ eaꝝ orneť fulciať ⁊ augumēteť ⁊ ꝯstat ꝙ relicta ad aliquē certū ⁊ determinatum usū piū si pn̄t i illū ꝯuerti nō sunt i aliū ꝯuertēda nisi de lnia sūmi pōtificis ut i cle. q̄ ꝯtingit de reli. do. ⁊. ff. de usufruc. lega. l. legatū ⁊ ibi plene nō. ꝑ bar. ⁊ ꝑ bal. i. l. si quis ad declinādā de epis. ⁊ cle. i. iij. colū. Sȝ si dicte pecie terraꝝ assignareť dictis fribus ut ipi petūt tūc aut petūt ut ipsas i suas necessitates cōuertāt ⁊ tūc fieret ꝯ̄ iura supradicta q̄ ista eēt ꝯuersio i aliū ꝙ̄ deputauerit testō̄r. Aut hoc petūt ut exequāť uolūtatē defuncti ⁊ tūc non pn̄t q̄ cū defūctus ad h̄ deputauerit executores ipis existētibus uolētib⁹ ⁊ ualētibus exequi n̄ pōt alius se itromittere cū testamētarij p̄ferant ltimis ⁊ datiuis. C. de epi. ⁊ cle. l. nulli p⁹ prin. ⁊ i primoꝝ negligētiā dūtaxat succedūt secūdi ut i auc. ibi posita ⁊ extra de testa. nos qdē ⁊. c. tua nos dci nāq; executores cēsenť hic deputati n̄ solū ad construēdū capellā sȝ ēt ad regēdū eā quousq; ipi uiuāt ⁊ ad ornādū ⁊ oīa que successiuis tēporib⁹ requiruntť quod pȝ q̄ dixit. Et ad p̄dicta faciēdū ⁊c̄. ⁊ sic referť ad oīa supiora. ff. de le. i. l. talis scriptura in fi. de re. du. l. fi. Et sic ꝯcludo ꝙ ad dictos executores ꝑtinet locare dictas terras ⁊ pēsiones recipe ⁊ eas i necessitates dicte capelle ꝯuertere ꝓut testator disposuit ⁊ secūdū eoꝝ bonā ꝯsciētiā ut. d. l. nll' post p̄n. C. ō epi. ⁊ cle. Nec pōt eis referri qō ꝙ male ꝯuertāt ex quo ipsoꝝ ꝯsciē reliquiť a iure ut dicta. l. nulli ꝯiūcto eo qō nō. i. c. statutuȝ i. §. assessoreȝ ō rescri. li. vi. Unde si uideť eis ornāda certo modo non pn̄t fratres ꝯtra dicere per ea que ibi nō. bal. Sup̄ secūdo quesito uideť dicēdū ꝙ p̄fati executores debeāt reddere rationē heredi q̄ sua solius interesse uideť eo ꝙ si q̄d minus expensū ē de ducentis florenis in dcā capella uenit eis restituendū. et esse uideť de redditibus dictaꝝ terrarū. ff. de le. ii. l. lucius. §. a te. In cōtrariuȝ ꝙ reddenda sit rō ep̄o ut in cle. i. de testa. q̄ quatenus minus expensū est in ꝯstructione p̄dcā uideť distribuendū in aliā piā cāȝ arbitrio ep̄i ut dicta. l. nulli. Naȝ Ja. de are. tenuit ꝙ si certa quātitas relicta fuit ꝓ incertis ⁊ male ablatis ⁊ nō repianť tot residuuȝ ·ȝ distribui i aliū piū usum arbitrio ep̄i ut refert bal. i. l. si q̄s ad declinādā i quarta colū. uer. quero testō̄r. Jo. an. i addi. spe. ti. ō istru. edi. §. nūc uero aliqua circa mediū sup̄ uerbo fore factū ita si certa quātitas relicta sit ꝓ ꝯstructiōe capelle ⁊ tota n̄ sit necessaria. Sȝ ꝙ rō reddēda sit dict̄ frib⁹ uř ꝓbari q̄ ecclia i qua dicta ipēsa facta ē ꝑtinet ad eos ergo ⁊c̄. ut i cle. q̄ ꝯtingit de reli. do. uersi. illi aūt ibi seu alijs quib⁹ subsunt ⁊c̄. ⁊ quod nō. paulus de liaȝa. in dicta cle. i. de testa. Breuiter istam ultimā parteȝ puto uerā q̄ q̄cquid minus expēsum ē in edificatione dicte capelle ꝙ̄ testator disposuerit ⁊ quicquid minus expendeť in eius ornatu uel necessitatibus ꝙ̄ sint redditus dictarū terrarum debet conuerti in necessitates dictorum fratrum ꝓut in fi. nō. bar. i libro secūdo minoricarū distinctione quinta que icipit quādoq; relinquiť fratribus res mobilis ⁊c̄. in fi. ubi determinat ꝙ quādo aliquid relinquiť ecclesie fratrum minorum ꝓ fabrica si fabrica non indiget tanta pecunia residuum distribui debet in alias necessitates dictorum pauperum. Idem ergo in eo quod relinquiť ꝓ constructiōe capelle in ecclesia dictoꝝ uel similium fratrū mendicantiuȝ quod etiam suadet rō q̄ dicti fratres sustinent onera dicte capelle ergo sustinere debēt ꝯmoda ut in regula qui sentit de re. iur. li. vi. Item ꝙ in ea offerť deuotione fideliuȝ pertineret ad eos ar. ff. de ānu. lega. l. gaius ⁊ quod nō. in. l. statu. ff. de usufruc. ergo ⁊ quantitas oblata sibi ꝓ suis necessitatibus quatenus necessitas nūc iminet dȝ ad eos ꝑtinere ar. de condi. ⁊ demō. l. que ꝯditio in fi. Nec ob. l. lucius. §. a te de le. ij. q̄ ibi nō suberat alia ꝑsona uel locus i cui⁹ utilitatē dcā distributio debeat fieri iō restituiť heredi hic sic. Iteȝ ibi cā pia ob quam relinquebať nō concernebat animā prout hic ꝯcernit. Sȝ corpus seu cadauer iō quatenus superfluū ē redditur heredi ne perdať. hic aūt distribui dȝ q̄ nō perdiť in quēcūq; distribuať ꝓ aīa ⁊ potius i fratres ꝙ̄ i alios. Sequitur ergo ꝙ eis reddēda sit rō cū eorū intersit per ea que nō. ci. in. l. id quod pauperibus in ix. q. de epis. ⁊ cle. ⁊ in spe. ō instru. edi. §. nūc uero aliqua uersi. sed an simplex cōmissarius. Ex quibus pȝ ri'sio ad tertiū quesitū ꝙ ep̄o lucano nō teneňť reddere rōnem cū ea que agere debēt concernāt ecclā dictorū fratrū i qua dictus ep̄s nullā hȝ iurisditionē. Et sic nō ob. cle. i. de testa. q̄ loqť cū executio fiēda ē i iurisditōeȝ ep̄i ꝙ h̄ n̄ ē q̄ loc⁹ exēpt⁹ eq̄pať loco ex̄ dioceśȝ. xviij. q. ij. lūinoso. Et nō. i. c. ut aiaꝝ ō ꝯsti. li. vi. ⁊ i cle. ꝙ̄uis ō fo. ꝯpe.

Si testō̄r legauit certas ꝓp̄etates ꝓ dote cuiusdā capelle ut ex fructib⁹ illarū sustēteť capellan⁹ ad ipam capellam eligēd⁹ an ō dicto relicto debeať episcopo episcopalis ⁊ canonica portio.

ccxxxiiij.

In christi nomine amen.

Uideť mihi dicendū indubitāter dictā canonicā portionē nō deberi domino ep̄o de dispōne p̄dicta pluribus rōnib⁹. Prima aut dicemus eā deberi ō fructib⁹ possessionū emēdaruȝ ⁊ falsuȝ est cū dicti fructus sūt deputati ⁊ relicti ad ꝑpetuū cultū diuinū. ut i. c. fi. ō testa. et hoc fateť ille q̄ ꝯsuluit i fauorē dn̄i ep̄i. Aut dicem⁹ eaȝ deberi de ꝓprietate dictaꝝ possessionū ꝓut dixit dictus ꝯsultor ⁊ silr̄ est falsuȝ q̄ si bene ꝯsiderenť uerba testatoris de quibus supra testō̄r dictas possessiones nō reliquit ecclie maiori i qua uoluit cōstrui dictū altare sȝ solū disposuit ⁊ mādauit ꝙ de pecunia redigēda ō quibusdā pānis emerenť dicte possessiones quā ēt pecuniā non legauit dicte ecclie. Sic ergo ꝓprietas dictaꝝ possessionū est apud heredes scriptos lȝ fructus deputati sunt ad sustentationeȝ sacerdotis per que pȝ nō obstare dictū dn̄i petri de perusio qō allegat consultor uidelicet in tractatu suo de quarta ep̄ali. §. uenio ad septimum uersi. quid si aliquis instituat heredeȝ ⁊c̄. q̄ ipe loquiť si bene inspiciatur eo casu q° ꝓprietas fuit relicta ecclie cuȝ onere

distribuendi

distribuēdi ⁊ assignādi fructus ad perpetuū cultū unius altaris uel capelle. Uel qn̄ fuit relicta pecunia ecclesie ⁊ mādauit ex ea emi possessiōes quarꝫ fructus deputatos eē uoluit ad seruiciū capelle sꝫ hic nec ꝓprietas nec pecunia ex qua deberēt emi possessiōes p̄dcē fuit relicta eccl̄ie ergo ⁊c̄. Nā ep̄o nō debet̄ quarta nisi de relictis factis ꝓprijs eccl̄iasticis locis ut i.c. officij ⁊.c. req̄sisti de testa. ⁊ i.c. ꝯquerēte de offi. ordi. secꝰ i factis ꝑsonis ēt eccl̄iasticis nō tn̄ ꝯtēplatiōe eccl̄ie ut. dicto.c. requisisti. §.fi. ⁊ quod nō. i.c.ij. de sepul. multominus de his que nullo mō relicta sūt ut i cāu ꝓposito ¶ Secūdo qꝛ si dicta ꝓprietas cēseret̄ fuisse relicta quod nō ē uerū nō cēseret̄ relicta eccl̄ie maiori ꝓdicte sꝫ altari ꝯstruēdo ꝓ eius dote, cū nō debeat erigi altare uel capella uel si ē erecta nō dꝫ ꝯsecrari nisi ei assignet̄ dos ꝯpetēs de ꝯsecra eccle. uel alta. cū sicut ꝺ ꝯsecra. di.i. nemo ⁊ i auc̄. ut nullus fabri. ora. §.i. xvi.q.ult. pie mētis. Intelligit̄ ergo testator uoluisse reliquere ꝓprietatē dictarꝫ possessionū i cām i quā tenebat̄ scꝫ in dotē postq̄ mādabat altare ꝯstrui ff. de dona. iter ui. ⁊ ux. l. sꝫ si uir lana. ⁊ quod ibi nō. i prima gl. ꝯiunctis iuribus supradict̄. sꝫ de eo ꝙ reliquit̄ ꝓ dote altaris seu capelle ꝯstruēde aut ēt ꝯstructe ⁊ nō habentis dotē nulla cāonica portio debet̄ ep̄o qꝛ dicta dos dꝫ eē libera ⁊ absqꝫ ullo onere de cēsi.c.i. Et ita expresse ꝺtermiat idē dn̄s pe.i.d.§. uenio ad vij. uersi. quid si testator istituit heredē uniuersalē altare ⁊c̄. qui uersi. ē post illū uersi. quid si aliquis istituat heredem ecclesiā ⁊c̄. quē ꝯsultor allegat bene ꝑ duas colū. ⁊ ultra. Ex cuius dcīs in uersi. supradcīs colligit̄ manifesta determinatio in oppositū eius qꝺ ꝯsultū extitit. Nam determinatio dcī cōsilij possꝫ ꝓcedere si ꝓprietas dcārū possessionū uł pecunia ex qua uoluit eas emi fuisset relicta ecclesie maiori i qua mādauit altare ꝯstrui uel ipi altari habēti dotē ꝯgruā. Et ita loquit̄ dn̄s petrus i loco allegato ꝑ dictū ꝯsultorē. At hic neutrū ē qꝛ nec alicui eccl̄ie uel altari fuit relicta ꝓprietas seu pecunia ex qua deberēt emi. Uł si dicamus cēseri relictā uidebit̄. i. censebit̄ relicta altari ꝯstruēdo ꝓ dote quod altare nullā aliā dotē hēbat ꝯgruā de quo relicto ꝓ dote nulla cāonica portio debet̄ sm̄ do. pe. predictū ¶ Preterea ⁊ tertio ēt si ꝓprietas fuisset relicta eccl̄ie maiori tn̄ ex quo redditus fuerūt deputati ad perpetuū ⁊ diuinū cultū dicti altaris ꝑinde habet̄ ac si ipa ꝓprietas fuisset relicta ad diuinū cultū qꝛ ipa ꝓprietas nuda per seipaꝫ nō dꝫ cōsiderari cū nullius utilitatis sit sꝫ dꝫ ꝯsiderari ad quē usum sint deputati fructus ⁊ ad eundē cēseat̄ deputata ꝓprietas ⁊ sic ex ea nō debeat̄ cāonica portio sicut nec de fructibꝰ ⁊ ita tenēt quidā moderni doctores canoniste ualētes uiri reprehēdētes dn̄m petrū in loco alle. per ꝯsultorē ⁊ dicētes distinctiōeꝫ eius eē magis uerbalē q̄ realē ⁊ ꝯtra mentē. c. fi. de testa. ut i eorū scriptis ⁊ apostill' uidi super dicto tractatu. Et puto ꝙ bene dicant qꝛ non posset defalcari proprietas quin defalcarentur etiam fructus ⁊ redditus sed ipsi non sunt defalcandi ex quo deputati sunt ad diuinum cultum ergo nec proprietas per cuius defalcationeꝫ perueniretur ad defalcationem fructuum quia uno prohibito cēsetur prohibitum omne aliud per quod perueniretur ad illud. ff. de spon. l. oratio cuꝫ cōcor. Ex quibus omnibus sine ulteriori ꝓsecutōe ꝯcludo nullam canonicam portionē deberi prefato dn̄o ep̄o nec de fructibus nec de ꝓprietate dictarum possessionuꝫ emendarum pro sustentatōne sacerdotis deputandi ad dictum altare sicut si testator predictus mandasset fructus quarūdam possessionuꝫ quas hūisset tēpore mortis deputari ad dictū ꝑpetuū ⁊ diuinū cultū quo cāu ꝓprietas remaneret ꝑpetuo apud heredē. Nam ⁊ idem censet̄ hic uoluisse cū mandauit emi possessiones ⁊ nulli eas reliquit sꝫ solū fructꝰ deputauit ad dictū usuꝫ uel sicut si dictas possessiōes reliq̄sset ꝓ dote altaris ad quod dotandum tenebat̄ ut dictum est.

¶ Grauatus soluere legata an teneatur ad prelegata dotis ⁊ ad legata facta creditoribus.

ccxlv.

In christi nomine amen.

Uiso codicillo fcō ꝑ ser pilleū notariū ꝺ pad. i qꝰ int̄ alia reliq̄t mr̄i sue quousqꝫ uiuēt ⁊ pꝰ eiꝰ mortē ꝑuenire deberet ad quēdā ser marcū loisiū quēdā suū liuellū cum ꝯditione tn̄ si ipē ser marcus uoluerit soluere oīa legata facta per dictū ser pilleū in suo testō. Uiso ēt testō p̄dicto i quo facta fuerūt plura ⁊ diuersa legata scꝫ quedā ꝑua ꝯsistēria i quātitate ⁊ ꝓ aia quedaꝫ magna. s. de dote p̄legata matri sue que mater ut dꝛ hꝫ instrūm dotale ⁊ ēt uxori reliquit ⁊ ēt quibusdam suis creditoribꝰ q̄ntitates in quibꝰ dicebat se illis teneri qui ēt creditores ut dꝛ hn̄t instrumēta suorꝫ debitoruꝫ fecit ēt legata de quibusdā rebus suis ⁊ bonis i mobilibꝰ quibusdā ¶ Dubitatur nūc de onere ꝯditōis apposite dicto ser marco uidelꝫ si uoluerit soluere oīa legata facta i testō ⁊c̄. qꝺ itelligit̄. i. si uolūtarie soluerit ut nō. ff de rerū diui. l. fi. i gl. super ṽbo uoluerit ⁊ de le. ij. l. i. in glo. ij. de quibus legatis hoc intelligatur an pro omnibꝰ ut uerba sonāt an de q̄busdam ⁊ de quibus. Et uī ꝙ ꝺ oībus qꝛ qui omne dicit nihil excludit. ut. l. iul'. ff. de le. iij. ⁊ quia uerba generalia generaliter sunt itelligenda. l. i. §. ⁊ generaliter. ff. de le. p̄stā. Et qꝛ uerba testatoris uidētur ꝺbere intelligi de lega. prout facta sunt ⁊ in facto ꝯsistūt nō prout habent iuris efficatiam. ar. ff. de his quibꝰ ut indig.. l. eum qui. §. fi. ¶ Sed contra puto. s. ꝙ non intelligātur ꝺ prelegato dotis facto matri ⁊ uxori. si ipē hn̄t instrumenta dotalia que p̄fata legata nō ualent nisi in commodo representationis quod hodie cessat. l. i. §. i. ff. de dote p̄le. ⁊ nō pn̄t peti tāquā legata sꝫ tāq̄ debita. l. si creditori i fi. cū. l. se. ff. de le. i. Cōstat aūt ꝙ mādatū generale testōris de soluendis legatis. Debet restringi ad legata ualida ⁊ efficatia sicut ⁊ de soluēdis debitis. ff. de solu. l. si is cuius §. flauius Januarius. non aūt extēdi dꝫ ad inualida ⁊ inefficatia ꝓut sunt ista. Et idem de alijs legatis factis creditoribꝰ de quātitatibus eis debitis pure ꝺ q̄bꝰ habent instr̄a uel testes eadē rōne. Item legatum factum matri de sua dote nō ualet etiā i ꝯmodo representatōis qꝛ iam trāsiuerat tempus soluēdi ⁊ sic erat debitū oīo puruꝫ ut dicta. l. si creditori in fi. cuꝫ. l. se. Et posito ꝙ nō haberet instrumētū dotis adhuc eēt nullū ꝓ ea ꝑte qua fuit heres instituta scꝫ ꝓ dimidia l. legatū. §. heredi. ff. de le. i. Itē p̄legatū dotis factū uxori silr̄ nō pōt ualere etiaꝫ si nō haberet istrumētū dotis eo qꝛ nullā certā quātitatē exp̄ssit. C. ꝺ fal. cau. adiec. lega. l. si non designata. ff. de le. i. l. si sic. §. i. Preterea si p̄fatus ser marcus haberet soluere dictās dotes ⁊ debita legata nullam ut mihi dicit̄ ꝯtineret utilitatē legatum sibi factum ꝺ māso qꝛ nō tm̄ ualet uel non ultra. Unde non est uerisimile ꝙ testōr de illis soluendis senserit per tex. cum glo. ff. de le. iij.

l. qui ꝯcubinam. §. qui ortos de le. i. si res obligata
l. his uerbis i fi. de le. iij. Cōcludit̃ ergo ꝙ testōr ñ cē
set̃ sensisse de dict̃ dotibꝰ seu debit̃ legatis uel ꝑlegat̃
sꝫ de alijs que sunt ꝓprie legata ⁊ pñt peti tanꝙ̃ lega
ta ¶ Nec obstat generalitas uerboꝝ qꝛ frequēter re
stringit̃ ne sequatur īconueniēs ⁊ per alia iura iuxta
nō. i. l. oēs. C. sine cē. uł re. Nec ēt ob. l. cū qui. §. fi.
de his qui. ut īdig. qꝛ ibi ne fiat diuisio uolūtat̃ ⁊ uni
us ⁊ eiusdē legati que rō cessat hic cū sint plura lega
ta unde nō resultat incōueniens ꝙ ad quedā referat̃
⁊ ad quedaꝫ nō ꝓpter diuersitatē rōnum. l. talis scri
ptura. ff. de le. i. ¶ Dico ēt ꝙ nec censet̃ testōr sensis
se de bonis imobilibus suis legatis alteri qꝛ cum illa
nō possint tradi uel solui per istū ser marcū cui non
fuerūt relicta sꝫ solū per heredes ñ ē uerisimile ꝙ uo
luerit eū ad hoc grauat̃ . ⁊ ad hoc adduco specialr̃ tex
tū in rōne sui. l. si fundū sub ꝯditōe. §. si libertus. ff.
de le. i. ꝺ le. ij. l. cū pater ī pri. ⁊ l. deducta. §. nūmis
ad trebel. cū non sit uerisimile ꝙ uoluerit ip̃m teneri
ad impossibile. l. si ideo. C. de his qui. ut īdig.

¶ An substitutio compēdiosa facta pupillo de bonis
tm̃ testatoris ꝑ uerba cōia de matre ipsius testatoris
⁊ matre pupilli existēte ī medio sit ꝓ tempore pupilla
ris etatis directa an obliqua. Itē an substitutio facta
de auia quousqꝫ uiueret censeat̃ facta in ꝓprietate ⁊
usufructu an uero ī usufructu dūtaxat. ¶ Et causa le
gati adiecta ī fauorē legatarij nō astringit legatum.
.cclvi.

In christi nomine amen.

Qꝺ dicta substitutio fuerit directa pupillaris non ob
stāte ꝙ facta fuerit ꝑ uerbū cōe postꝙ̃ filius decessit in
pupillari etate nec suꝑesse ꝓponit̃ mater pupilli cu
ius fauore dicat̃ obliqua. Et posito ꝙ eēt fauor tñ ꝑ
sone substitute que fuit mater testatoris suadet ꝯ̃rium
⁊ sic matris pupilli fauorē excluderet ꝓut uidet̃ det̃
minare bar. plene disputādo ī. l. cēturio. ff. de uul. et
pu. i tertia qōne principali de ꝯpendiosa facta ꝑ uer
bū cōe quicquid glosatores dixerint qui ēt in hoc ua
riarūt. Et hāc opi. seruari uidi ⁊ secundū eā ꝯsului ⁊
ita tenet̃ cōiter ꝑ modernos ēt eo cāu quo mater pu
pilli eēt ī medio quicquid dicat bar. qui requirit ꝙ ñ
sit. Sꝫ moderni dicunt idē si sit ꝑ. l. precibus. C. de ī
pube. ⁊ alijs substi. ubi mater erat ī medio ⁊ tamē in
fra pupillarē ē pupillaris. Nec ē bona solu. bar. ad il
lā. l. ꝙ ibi testator erat miles qꝛ nulla spālitas ē ibi in
milite ꝓut pulchre ꝓbat ⁊ adducit Io. an. ī c. si pat̃
de testa. li. vi. Et ibi ēt ē cāus lꝫ bar. dicat ꝙ ibi iō qꝛ
facta fuit substitutio ꝑ uerba directa. Sꝫ certe lꝫ eēnt
directa non tamē ciuilia ⁊ sic idem in eis ꝙ in cōibus
ꝓut idem bar. sentit ī eadem. l. centurio. Uere ergo
ē casus ī dictis iuribus ꝙ ꝯpendiosa facta per uerbū
cōe ēt si mater sit ī medio ualet iure directo īfra tēpo
ra pubertatis postea uero iure fideicō. Potissime uꝛ
hoc ī cāu nr̄o ubi testator dixit ꝙ oīa bona sua ꝑueni
rēt ad matrē dcī testatoris qꝛ ꝓpter uerbū oīa uꝛ uo
luisse ꝙ nulla fieret diminutio qꝺ ꝯtigere ñ posset ī fi
deicōmissaria de qua detrahit̃ trebellianica. Iō īter
pretemur eā directā ꝺ qua dcā detractio ñ fit. l. si q̃s
ad declinā. lā. C. de epi. ⁊ cle. Et ita determīat exp̃sse
bar. ī. d. l. cēturio ī tria qōe pricipali de ꝯpēdiosa fcā
ꝑ uerbum cōe ibi uel quid si dicit oīa bona mea ⁊c̃.
¶ Nec ēt uidet̃ obstare ꝙ testōr se restrixit ad sua tm̃
bona qꝺ ē ꝯtra naturā pupillaris ī qua ueniunt eīa

etiam pupilli. l. si plures. §. ad substitutos. e. ti. nam
hoc ñ facit quominꝰ sit pupillaris ut pꝫ ex nō. ꝑ bar.
ī loco ꝑallegato scꝫ ī illo uersi. uel quid si dixit oīa bo
na mea. et plenius ꝑ eundeꝫ ī. l. si ita. §. qui filio. ff.
de secundis tabu. qui dicit ꝑ illuꝫ tex. ita fuisse deter
minatū ⁊ idē nō. ī. l. i. de uul. ⁊ pu. ¶ His tamē non
obstātibus contrarium uidetur dicēduꝫ ꝙ non fuerit
pupillaris directa sed fideicōmissaria non ꝓpter hoc
solum quia sit facta per uerbum cōe quia cum illud
de sui significatu possit ꝯprehendere directam ⁊ obli
quam non contrariat̃ īterpretationi directe. ꝓut ple
ne nō. bar. ī. l. cēturio. Sꝫ ꝓpter aliud ꝯiunctū cū il
lo scꝫ ꝙ testator se restrinxit ad bona sua tantum que
restrictio contrariat̃ nature directe pupillaris in qua
ueniunt etiā bona pupilli. ut dicta. l. sed si plures. §.
ad substitutos. Et sic ī dubio censet̃ uoluisse facere fi
deicōmissariā cui uerba quibus fuit usus ꝯueniūt ar.
l. si uno in pri. ff. loca. Nec ob. l. illa si ita. §. qui filio
de secun. tab. in qua bar. se fundat quia ibi testator
fuit usus uerbis directis dum dixit titius mihi heres
esto ⁊c̃. que iūcta ēt rei singulari trahūt̃ ad uniuersa
bona siue apponant̃ ī institutōe. l. i. §. si ex fūdo. ff.
de here. insti. siue in substitutōe. l. coheredi. §. fi. ff. ꝺ
uul. ⁊ pu. ⁊ ꝯ̃trātur fideicō. substitutōi. Nos loqmur
qñ fuit usus uerbo cōi quod ē dubiū ⁊ pōt adaptari
ad utrāqꝫ substitutionē. iō importat illā que ex sequē
tibus uerbis declaratur ut sic uerbū cōe ⁊ dubium ꝺ
claretur ex uerbis sequētibus ⁊ claris. Sed uerba di
recta que sunt clara ad significanduꝫ directā nō alte
rātur ex sequētibus uerbis que ita possunt trahi ad
directam ꝑ attractionē significationis uerbi directi si
cut ad obliquā sꝫ ñ per attractōem uerbi cōis ⁊ ita uo
luit subtilr̃ bal. ī. l. precibus. C. ꝺ ipube. ⁊ alijs substi.
in xvi. colū. uersi. ꝓcedo ulteriꝰ ⁊c̃. Et ita intelligit il
lum. §. qui filio si bene inspiciantur uerba sua. Et ita
uidi consultum florentie per ualentissimos uiros. Et
ista sit conclusio ꝙ quando testator se in substituēdo
restrinxit ad sua tantum bona ⁊ in illis tantum substi
tuit. Aut substituit per uerbum cōe ⁊ nūquam cense
tur uoluisse facere pupillarem sed solum fideicōmissa
riam quia si fuisset interrogatus uerisimile ē quod di
xisset se in suis tantum substituere uoluisse ut inquit
bal. in loco preall̃e. Aut substituit per uerba directa
⁊ tunc restrictio illa ad sua tantum bona ñ facit quo
minus cēseat̃ facta pupillaris si ꝯuenit ꝑsone cui fit.
⁊ ita ꝓbat ille. §. qui filio. ⁊ sic pōt saluari dictū bar.
ibidē secundū bal. notabilr̃ in dicta. l. p̃cibus in. xvi.
colū. uersi. ꝓcedo ulteriꝰ. Nec etiā ob. ꝙ dixit omnia
bona mea ⁊c̃. Nam secundū bal. ibidem talia ūba scꝫ
omnia itegra ⁊ sine diminutiōe ⁊c̃. potius ipoztāt ꝓ
hibitionē falcidie ⁊ trebellianice ꝙ̃ importent substitu
tionē directam maxime quādo alia uerba repugnāt
significationi ⁊ nature directe ꝓut ē hic ut inquit bal.
ibidem per. l. x. ff. de fideicō. lib. quicquid dicit bar. in
dicta. l. centurio. quē ip̃e rep̃hendit ⁊ pꝫ in. l. qui to
tā. ff. ad trebel. Uult eniꝫ significare testator cuꝫ dicit
oīa ⁊ totā ⁊c̃. ⁊ nō quedā nec ꝑtem sꝫ omnia ⁊ totā.
Unde nō necessario important ista uerba directam
cum etiaꝫ ꝑ obliquā substitutionē possint oīa bona
⁊ tota hereditas relinqui. ut. d. l. qui totam ⁊ nō. ī. l.
nam qꝺ in fi. cū. l. se. ff. ad trebel. cuꝫ pluribus alijs.
¶ Ex his sequit̃ ꝙ mortuo dicto pupillo sua heredi
tas nō fuit delata dicte auie paterne ex substitutōe pu
pillari directa cū ñ fuerit pupillaris ut dixi. Sꝫ ꝺlata
fuit ab ītestato dcō baptiste agnato masculo exclusa
auia

quia ex forma statuti prio loco relati si gradus ex for
ma dicti statuti uel alterius assumeret̃ sm̃ ius cãoni
cum qr sm̃ illud ius prefatus baptista fuisset illi desũ
cto. s. filio testatoris i secũdo gradu cũ eẽnt filij duoꝝ
fratrũ. Sꝫ si itelligeret̃ gradus sm̃ ius ciuile quod in
dubio presumit̃ qñdo statutum loquit̃ in materia
successionis secundũ Ja. bu. q̇ ita disputãdo tenuit
ut refert bar. C. de succe. edic. l. i. tũc eẽt secus qr secũ
dum ius ciuile filij duoꝝ fratrũ sũt in quarto gradu
cuꝫ eoꝝ parentes inter se eẽnt i secũdo. l. i. §. ij. ⁊. §.
iiij. gradu. ff. de gradi. Et statutũ requirit ꝙ agnati
sint i tertio ad hoc ut matrẽ ⁊ auiã excludãt. Eo igit̃
cãu quo ad dictũ baptistã fuisset hereditas p̃dicta de
lata ab itestato trãsmisisset ius deliberãdi ad dictã pu
pillã suã heredẽ si sciebat eã sibi delatã ⁊ decessit ĩfra
annũ. ut. l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. Et
sic tutores illius possent eam adire ut. l. si infanti. e.
ti. Si uero non eẽt locus dicto statuto tunc dicta here
ditas fuisset ab itestato delata auie predicte ut i auc.
defuncto. C. ad tertul. Et sic non procederent dubia
formata sed i cãu precedẽti sic i quo eẽt dicendũ ꝙ tu
tor p̃dictus posset noĩe dicte ifantis postq̃ p ipa adi
uisset aduocare a dicta auia bona dicti Johãnis que
nõ fuerãt petri patris sui sꝫ fuerũt materna ⁊ ẽt ltimã
bonoꝝ paternorum qr ĩ illis nõ potuit testator filiuꝫ
suum p fideicõmissuꝫ grauare. l. coheredi. §. cuꝫ filie
uersi. nec fideicõ. ff. de uul. ⁊ pu. Et substitutio facta
de matre testõris eadẽqꝫ auia Johãnis fuit fideicõ.
ut dictũ ẽ supra. ❡ Posset etiaꝫ pbabiliter dubitari
utruꝫ substitutio facta de dicta auia quousqꝫ uiueret
censeat̃ facta i pprietate an uero i usufructu dũtaxat
nã in prĩo cãu relictũ postea factũ dicto baptiste scꝫ d̃
dictis bonis post mortẽ dicte domine foret effectũ ca
ducum per mortẽ dicti baptiste ante ꝯditionis euen
tum. Et sic remaneret penes ipsã dñam grauatam
que postea trãsmitteret ad suos heredes dicta bo
na ⁊ posset de ipsis facere q̇cquid uellet. C. de cadu.
tollẽ. §. sin aũt sub ꝯditione iũcta glo. l. heres meus
ff. de ꝯdi. ⁊ demon. scꝫ excepta ltima filij ⁊ bonis ei⁹
maternis ut supra dixi. Secũdo uero cãu secus quia
oĩa bona ẽt paterna deuoluta eẽnt statim ad dictum
baptistã quãtũ ad pprietatem lꝫ usufructus eẽt dicte
auie ⁊ uidet̃ ꝙ usufructus tantuꝫ fuerit relictus dicte
auie ppter uerba adiecta dicto relicto scꝫ ꝙ ipsa pos
set oĩa eius bona operari p eius sustẽtatione in uita
sua tantũ uidelicet usufruges ⁊c̃. que uerba indicant
ꝙ usufructũ tantum uoluerit relinquere. ff. de usu ⁊
habi. l. si habitatio uersi. sꝫ si sit relictus ⁊c̃. d̃ le. ij. l.
titia. §. fi. In cõtrariũ qr cã adiecta legato i fauorem
legatarij legatum non restrigit. l. iiij. i prin. ff. de ali
mẽ. ⁊ ciba. lega. ⁊ ibi plene p bar. de usufruc. earum
rerum que usu. ꝯsu. l. fi. de au. ⁊ ar. lega. spẽs in qui
bus uidet̃ casus de dona. l. donatiões i ꝯcubinã. §.
speciẽ. ❡ Breuiter si testator dixisset relinquo bona
mea mr̃i mee uel ipsam ĩ eius uita substituo ĩ bonis
meis tũc ppter uerba predicta que postea adiecit. s.
ut posset eis uti ⁊ frui. Et d̃ ip̃is sustẽtare quousqꝫ ui
ueret ⁊c̃. nõ restringeret̃ relictũ precedẽs quominus
ip̃a pprietas uideret̃ relicta ñ aũt solus usufructus ita
pbãt dcã iura. et ita loquit̃ ꝙ nõ. bar. i. d. l. iiij. de
ali. lega. Sꝫ qr hic nõ dixit relinquo bona mea sꝫ so
lũ dixit ꝙ uolebat ea puenire ad matrẽ suã que puẽ
tio põt itelligi de puentõe facti ⁊ nuda a trãslatiõe p
prietatis sꝫ solũ ut eis posset uti uidet̃ ꝙ ex uerbis po
stea adiectis declaret̃ solũ usumfructũ nõ pprietatẽ
fuisse relictũ qr uerba dubia ex adiũctis declarant̃ ⁊ li
mitantur. l. si seruus plurium. §. fi. de le. i. de le. iij.
uxorẽ i principio ⁊. l. quesitũ. §. fi. Et sic post mortẽ
dicte dñe reuerterent̃ dicta bona ad dictam pupillaꝫ
penes quã de presenti ẽ pprietas p̃supposito ut dixi
ꝙ dict⁹ baptista eẽt illi Johãni infra tertiũ gradũ ⁊
sic ꝙ dictã dñaꝫ excluderet ab itestato ex forma dicti
statuti ñ alr̃. Et p ista distinctõe bene facit qd̃ in simili
nõ. bar. in. l. si quis titio. ff. d̃ le. ij. in qõne illa qualr̃
cognoscat̃ an quis sit legatarius uel executor ⁊c̃.

❡ Legatum factum filie uel alteri si tunc cum morie
tur uxor erit uel erunt uidue cedit si illo tempore sit
uidua ⁊ si essent plures illa que tunc reperiretur ui
dua habet legatum alie non etiam si uiduentur.

ccxlvij.

In christi nomine amen.

Suprascriptus egregius dñs ꝯsultor bene ⁊ sufficien
ter pbauit p bona ⁊ ptinẽtia argumẽta ⁊ iura ꝙ dcã
dña isabetta non debeat perdere legatũ predictũ ad
qd̃ sibi semel fuit apta uia qr tp̃e mortĩ uxoris testõr̃
repit se eẽ uiduã. Et ad ip̃ꝫ percipiẽdũ semel fuit ad
missa lꝫ postea nupserit qr testõr nõ requisiuit in filia
bus suis ꝙ perseuerẽt in uiduitate. sꝫ solũ ꝙ reperiã
tur uidue tẽpore mortĩ uxoris lꝫ in persona uxoris hñ
hoc requisiuerit nã legatũ uxoris fuit factũ per h̃ uer
ba donec duxerit uitã uidualẽ. Sed legatũ filiaꝝ per
hec. s. ꝙ hẽat filia uel filie q̃ tũc foret aut forent uidua
uel uidue nec dixit quousqꝫ uel donec uidua erit uel
erũt seu uitã duxerint uidualẽ sicut in precedẽti lega
to facto uxori dixerat qd̃ ẽ ponderãdũ. Sed dixit do
nec uixerit uel uixerint. Uñ cũ nõ adiecerit conditõeꝫ
uel qualitatem scilicet in uiduitate non est p nos adi
cienda. l. i. in prin. ff. de condi. ⁊ demon. Sed breui
ter omissis argumentis de hoc est casus in terminis
C. de indic. uidui. l. fi. §. sed quia cum sua glo. super
uerbo permaneat que incipit. sufficit ergo ⁊c̃. quod si
alicui mulieri fuit factum legatum simplex uel etiam
annuuꝫ prout ẽ in casu nostro sub conditiõe si uidua
erit sufficit ꝙ semel fuerit effecta uidua ⁊ aperta sibi
uia ad legatum. Et quãtũcũqꝫ modico tempore per
seuerauerit in uiduitate quia nupserit nõ ppea pdit
legatũ. Unde bal. ibi post p̃ncipiũ determinãdo qõ
nem nostrã clare ⁊ apte dicit ꝙ si pater legat filie ali
mẽta sub ꝯditõe si aduersa fortuna uidua erit ñ põt
ante petere legatũ q̃ꝙ sit uidua sꝫ statim ꝙ est uidua
apta est sibi uia ad legatũ nubat postea uel non nu
bat. ista sunt uerba baldi formalia. ❡ Quid ergo ul
tra egemus testib⁹ uel argumẽtis. multa eniꝫ possent
adduci qm̃ ueritati omnia ꝯsonãt legatuꝫ nãqꝫ istud
censet̃ factũ cuilibet filie sub ista ꝯditione si uidua erit
qr factũ fuit per hec uerba que uidua erit cũ relatiuũ
quis uel qui iunctũ uerbo futuri tẽporis ꝯditionem
iportet. l. stichũ q̇ meus erit. ff. de le. i. ❡ Nec obstãt
motiua facta icõtrariũ p dños executores testi i qua
dã cedula porrecta p eos i qua petũt reuocari sniam
iuste ⁊ iuridice dataꝫ p ista pte dũ dicũt ꝙ si hoc pce
deret sequeret̃ ꝙ si ꝯtingat alias filias q̃ tẽpore mor
tis uxoris non erant uidue uiduari nihil habebũt d̃
dicto legato seu de dicto podere sꝫ totuꝫ erit dicte isa
bette quod uidet̃ esse contra mentẽ patris. qr respõ
detur fatendo hoc ꝙ nihil habebunt qr in illis nõ ĩ
plebit̃ conditio p testatorẽ apposita. que fuit illa scꝫ si
tunc scꝫ tempore mortis uxoris erit uel erunt uidua

uel uidue cum iste tūc non eēnt sed postea facte sunt
qm̄ illa dictio tūc requirit qualitatē illā illo tēpore ad
eē al's facit legatū euanescere. l. i substitutōe filij. §. fi.
ff. de unl. ⁊ pu. p quod pꝫ nō eē ueꝝ ꝙ illud sit cōtra
intentionē testōris cū illa censeaꝰ fuisse testatoris intē
tio que p uerba ab eo ꝓlata ⁊ ꝓprietatē illoꝝ iporta
tur iō uerbis eius ⁊ ꝓprio significatui eoꝝ standū ē si
aliter de sua intētōe nō ꝯstat ex alijs uerbis ab eo
ꝓlatis uel aliter. ff. de le. iij. l. nō aliter etiaꝫ si reuera
alia fuerit. ff. de usufruc. lega. l. si alij. Nemo enim cē
seꝰ uelle ꝙ nō loquiꝰ si alr ii appet. l. labeo. ff. de sup
pel. lega. Et qm̄ uerba testōris sunt clara et habent
certū ⁊ determiatū signifcatū a iure ꝓut sūt ista ut pꝫ
ex tex. ⁊ glo. ⁊ p Bal. in dicta. l. fi. de indic. uidui. nō
adm ttiꝰ qō uolūtatis. l. ille aut ille. §. cū i uerbis. ff.
de le. iij. Si ergo sic testator censeꝰ uoluisse ꝓut fuit lo
quutus ꝓut uerba eius importāt nō est uerū ꝙ aliqḋ
absonū ⁊ irratiōabile subsequaꝰ si ista sola legatū ha
beat alie nō q: potuit hoc facere testator de suo sine i
iuria aliaꝝ maxime q: ꝯditio ista potuisset existere in
alijs ⁊ in ista deficere ⁊ tūc alie nō reputassent hoc ini
quū nō ergo poterūt si hoc accedat dicere illud quod
si ꝯditio in eaꝝ ꝑsona extitissꝫ nō fuissent dicture ar.
l. penul. C. de solu. ff. de peti. here. l. si ⁊ rē ⁊ preciuꝫ
cū ibi nō. sustineāt ergo equo aīo id quod uoluissent
istam sustinere si cāus ecōuerso contingisset ar. C. de
trāsl. l. de fideicōmisso. Si ergo qō ista dꝫ termiari de
iure scripto ueritas ē illa quā suprascripsi ꝙ dictuꝫ le
gatū nō perdiꝰ lꝫ dicta dn̄a desierit eē uidua sed du
rat quousqꝫ uixerit ⁊ alie filie lꝫ postea uiducrenꝰ ad
illud nō admitterēꝰ ⁊ p̄fata snīa iuridice lata fuit. Et
que in cōtrariū alleganꝰ de iure nō ꝓcedūt sꝫ potius
arguunt testatorē ꝙ aliter facere debuit q̄ꝫ fecerit q̄ꝫ ꝙ
id quod fecit infringāt. Si quis eni diceret nōne me
lius ⁊ rōnabilius fecisset testator si disposuisset ꝙ qm̄
cunqꝫ aliqua ex filiabus remanebit uidua ꝯsequaꝰ le
gatū predictuꝫ ēt si alia p prius fuisset ad totū admis
sa posset dici ꝙ sic. Sed si queriꝰ an q: hoc non fecit
possit eius dispositio irritari ⁊ reduci ad id qḋ rōnabi
liter facere debuit. Prōpta ē responsio ꝙ nō qm̄ qui
libet suoꝝ bonoꝝ ē moderator ⁊ arbiter. l. i re māda
ta. C. mādati. Et eius dispō ē seruāda si nō ē a iure
iprobata uł ꝯ bonos mores uel ihumana uł iepta lꝫ
reprehēsibilr disposuerit. l. meuiꝰ. ff. de ꝯdi ⁊ demō.

¶ Si testator legat uxori alimenta ⁊ usumfructuꝫ in
domo si filias rexerit ⁊c̄. An uideatur uelle ut quous
qꝫ percipit alimenta non possit dotes repetere.

ccxlviij.

¶ In christi nomine amen.

Legatū predictum ꝙ utaꝰ ⁊ fruaꝰ ⁊c̄. importat dūta
xat alimēta existētibus liberis testatoris secunduꝫ ea
que nō. C. si secūdo nup. mlr auc̄. hoc locū ⁊ bar. in
l. titia. §. fi. ff. de le. ij. quod ē priuilegiatum ultra alia
ff. de trāsac. cū hi. Sꝫ si aliud legatū non priuilegia
tum fuisset huic uxori factū posset illud petere ⁊ etiaꝫ
dotem. C. de rei ux. act. §. sciendum fortius idem
hoc casu. Preterea si testōr uoluisset doteꝫ non repe
ti quousqꝫ prestarentur alimēta nullum ꝯmoduꝫ cō
tineret legatum alimentorum potius enim alimenta
retur de fructibus sue dotis q̄ꝫ de patrimonio testato
ris quod non ē presumēdum testōreꝫ uoluisse sed po
tius uoluisse grauare heredes suos ꝙ ultra dotē pre
stent alimenta etiā ar. ff. de le. ij. meuius in principio.

sibi nam incredibile ⁊ uersi. sed uerisimile de le. iij. l.
qui ꝯcubinā. § qui ortos ⁊ l. patronus. §. codicillis.
Et per bar. e. ti. l. his uerbis in fi. de le. i. cuꝫ seruus
⁊ l. apud iuł. §. si titiꝰ uersi. si fūdus ⁊ ci. C. de cadu.
tollen. §. ne aūt in quibus pꝫ ꝙ ne legatum reddaꝰ
inutile presumiꝰ testōr uoluisse interdū grauare here
dem duplici prestatōe quod al' non presumereꝰ. ff. de
le. ij. titia. §. qui in uita ante finē. maxime in casu no
stro q: grauat uxorem duplici conditione si uolebat
legatum alimentorū scilicet ꝙ uiueret in uiduitate. et
ꝙ regeret ⁊ gubernaret filios ⁊ eorum bona. Unde
non ē uerisimile ꝙ uoluerit etiā grauare tertio onere
scꝫ ꝙ dotē nō repetēt ar. ff. ḋ le. i. l. lꝫ iperator uersi.
quid enim. Si eni hoc uoluissꝫ uerisimile ē ꝙ expres
sisset sicut expressit precedētia duo ar. C. ḋ cadu. tol.
§. sin aūt a deficiēte maxime q: ꝯsuetū ē ꝙ illi qui uo
lunt hoc exprimūt dicēdo post suprascriptas ꝯclusio
nes. Et dotem suā non repecierit ⁊c̄. quo cāu docto
res querunt quid si recepit eā a sponte soluente an p
dat legatum alimentorum de quo dic ut nō. bar. i. l.
āplius nō peti. ff. reꝫ ra. ha. ⁊ bal. C. de lega. l. i. Et
eēt hic legatū cū onere ⁊ sine utilitate ut pꝫ ex p̄dict.
Preterea in casu nr̄o dicti filij ꝯsignauerūt mr̄i certa
bona spōte ꝓ pte dot. ut dꝛ i themate ⁊ sic dicte cōdi
tiōi posito ꝙ fuissꝫ expresse apposita cēsereꝰ renūcias
se ut dicit bal. i dicta. l. C. de le. pro quo facit auc̄. sꝫ
cū testōr uersi. iteꝫ si que dicēda. C. ad. l. fal. Nec ob.
illa uerba testōris quēadmodū utebaꝰ ⁊ fruebatur ⁊
sic sicut uiuo testatore nō poterat repetere dotem ita
⁊ nūc nō possit in uita testatoris ⁊c̄. q: dicta ūba fue
rūt apposita in fauorem uxoris cui legabatur ⁊ sic de
bēt ⁊ possunt intelligi ut operētur fauorem uidelꝫ ꝙ
habeat sine diminutione aliqua prout habebat in ui
ta testatoris ispecta tam̄ qualitate persone q: debet it
habere uestem nō ut nupta sed ut uidua iuxta nō. p
bar. in dicta. l. i. C. de lega. Non ergo dc̄a uerba po
sita in fauorē uxoris debēt operari odiū ⁊ diminutio
nē uidelꝫ ut non repetat dotem sicut non repetebat
in uita testatoris ar. ff. de fun. instruc. si mancipia ibi
cum non minuendi ⁊c̄. de au. ⁊ argē. lega. l. si quis le
gauerit aurum ⁊ cetera. Concludo ergo dictam do
minam posse repetere residuum dotis ⁊ alimenta
postquam per eaꝫ non stat quominus stet cum filijs
⁊ eos ⁊ eoꝝ bona regat ⁊ gubernet ꝓut testator uo
luit sꝫ p filios cū ꝑseueret in uiduitate. ff. de ꝯdi. ⁊ de
mon. l. iure ciuili de le. iij. qui ꝯcubinā. §. uxori in fi.

¶ Si testōr legat filie centū pone cuꝫ nupserit ⁊ anq̄ꝫ
nubat heredes assignāt aliqua bōa ꝓ dcā quātitate.
deinde filia nō nubet ⁊ moriaꝰ. An dicta bona ꝯsi
gnata reuertāꝰ ad hēdes. Et si reuertunꝰ ad hēdes.
An ad heredē heredis qui forte decesserat an̄ filiaꝫ.

¶ Copia

